BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
13 M
23

Digitized by Google

POSTPRAXIS MEDICA,
SEV
DE MEDICANDO DEFVNCTO,
Liber Vnus.

In quo, quæcumque prudens, & Chriſtianus Medicus debet Defuncto præſtare, explicantur.

AVCTOR

ANTONIVS SANTORELLVS NOLANVS
Philoſophus, & Medicus,
ET IN ACADEMIA NEAPOLIT.
Primus olim Interpres Philoſophiæ, nunc Medicinæ quam Theoricam vocant, Primarius Profeſſor.

Sancte Marie de Scala



Cornelio Francesco

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

NEAPOLI, Apud Lazarum Scorigium, M. DC. XXIX.

Digitized by Google

12. 12. M. 23

Digitized by Google

Illuſtriſs. & Excellentiſs. D.

D. FERDINANDO ENRIQVEZ RIBERAE

Alcalanorum Duci, &c.

CONSILII SVPREMI ORDINIS APVD REGEM HISPAN. CONSILIARIO,

Et in Regno Neap. Proregi.

ANTONIVS SANTORELLVS F.

EXVLTAT aduentu tuo Neapolis, Princeps Optime. Vniuerſum Regnum geſtit, & te ſaluum ad nos delatum eſſe, gratulatur. Cęlum hoc, hæc ora Campaniæ iure rident; nam ſperant, ſub te Principe, fore vt olim beata. Muſæ ipſæ huius loci indigetes, quæ neglectæ hucuſque conticuerant, tuo Princeps aduentu, quaſi Apollinis adſpectu, qui & præeſſe illis ſciat, & velit, recreatæ, iam ad chorum ſe expediunt.

§ 2 Quid

Quid Muſas? Quid Vrbem, ineptus commemoro? Cadauer hoc iamdiù ſepultum, neſcio qua vi abdita excitatum reuixit, & quin in lucem excurreret tuam, detinere nec potui, neque volui. Nempè rectè noui, ſi Cuſtos aderis, ſi tutator, nullus Vultur ad laniandum aduolabit, fera nulla adcurret ad mordendum, non ſaga ad maleficia præcidet præſegmina. Neque aliquis temerè ocium accuſabit meum, qui quod tempus dare debuiſſem viuis, lugendis dederim mortuis, ſepeliendiſque, cum ſciant, te ex tot, tantiſque negotijs, ſemper aliquid exprimere otij, quo ingenio indulgeas, genioque. Nec te lateat cauſa otij mei, innocentia nimirum eruditiſsimi, & Iuris Ciuilis ſcientiſsimi Ioannis Alphonſi Suarez, quem ne falſus teſtis lœderem, à munere ſemotus medendi, mortuis cæpi facere medicinam, ne in otio torpeſcerem. Hac ſpe confirmatus, hunc mei ingenij fœtum, in lucem prodire permiſi. Excipe illum rogo, foue, & me cum ipſo; nam vt ille tutus, ſi in ſinum: ſic ego fœlix, ſi in animum admittas tuum. Vale.

Ad

Ad Lectorem.

NON me latet, benigne Lector,(nam ſi id lateat, lateant neceſſe eſt pariter mores huius temporis) quam facile futurum, vt expoſitum hoc cadauer, pleriſq; graue oleat, lacerentque: quin etiam me ipſum, qui expono, rideant. Dicet enim quiſpiam, vix eminùs titulo inſpecto. Vt ingenuè fatear, fefelliſti nos, & veluti aues inani fundæ ſonitu territaſti; excitaras enim ad ſtrepitum vanum titulis, tandem theſaurus, vt verbo veteri dicam, carbones fuere. Subiraſcitur alius amarulentus, ſuperciliosus, & amœniores Muſas auerſatus, ò indignum facinus clamat. Tantùm nè tibi otij eſt, vt Poetas lectites, verſuumque miriades, vt opus excreſcat, hinc inde compiles? Ridet hic, atque oſcitat; & quæ, inquit, tibi, mi homo, cùm mortuis lis eſt? quod tibi certamen cùm æthere caſſis? Dùm viuit, monet Comicus, hominem noueris: dùm mortuus eſt, quieſcas. Deſine igitur mortuis medicari, egregius mortuorum medicator. Hæc, mi Lector, atque hiſce ſimilia, effrenata, ne dicam aculeata licentia mihi paſſim obſtrepent, certò ſcio: ſed obſtrepent. Quid illis facias? ſine amabo te, latrent more ſuo: vox vna, atque irrita ventis, præterea nihil; ſi enim cicadam natura ſua garrulam ala prehendas, clariùs atque enixius obſtrepet: præſertim cùm immeritò omnia hæc obtrudant: veras nugas, nugas meras, & in quibus, nil niſi aculeum deprehendas. Nam quod de otio conuiciator obijcit, vltro do, atque condono; laudatum enim illud,

Quod caret alterna requie, durabile non eſt.

& ò bellè Democritus, ſæuerioris vitæ aſſiduitatem arguens, vitam ſine feſtiuitatibus, longam viam dixit, ſine diuerſorijs. Quin vegeta, & ſtrenua ingenia, quo plus receſſus ſumunt, eo vehementiores impetus edunt. Aptè Statius.

vires inſtigat, alitque
Tempeſtiua quies: maior poſt otia virtus.

Cur igitur quis me reprehendat, aut quis mihi iure ſucconſeat ſi quantùm alij tribuunt intempeſtiuis conuiuijs, aleæ, pilæ, & cæteris voluptatibus corporis: quantùm, & tu (vt inter hos reſtim interea, vnà ſimul ductites) maledicendo; tantùm mihi egomet, animi etiam recreandi cauſa, genialibuſque quibuſdam horis, nec operarijs, in amœnioribus muſis recolendis, dùm vacat, interea ſumpſero?

Sunt

Sunt luſus, leuia, inania: ſint, nec inficior: luſus do, & vendito. Improbus in illis labor? nullus: in libellulum tamen congeſſi ex tempore, & qui modo pagella, vix vna, libellus, neſcio quo pacto paulatim in dies iam inde adoleſcit, inter manus (heu iam inde, nam diù eſt, eum) iniuſto, & ſi honeſto carcere detineor. Quid facerem? ſederem compreſſis manibus fata mea deplorans? minimè verò

ea enim ſola voluptas,
Solamenque mali, de collo fiſtula pendet.

Et velut induſtrius, frugique agricola, dùm magno miſceri murmure Cœlum incipit, dùm hyems ignaua colono, infeſtat omnia, omnia vaſtat: ſecurus, nec ſegnis, ſi cœlum interea ſegne, dum ſedet antè focum, gracili fiſcellam texit hibiſco; ſic ſoleo, dùm vacat, tempus non perdere; nec ludere, ſi ludo. Inutilia nec ſunt: quid garris? Defuncto enim medicari, & Medici eſſe, & Chriſtiani Medici, mox oſtendam. Centonem appoſui (eia ſuppoſui) faciundum fuit; Si enim priſca, & antiqua tractandi ſunt, ex priſcis conquirenda, eruenda: hæc verò cùm antiqui Poetæ præſertim adducant, Poetas ipſos, vt plurimum adducere cogor. Centonem ſi feci, Phrigiones ſum imitatus, qui è varij coloris filo, vnum aliquod aulæum efformant: licet non modo colorem (abſit iactantiæ Verbum) ſed, & quaſi ſpiritum, vitamque indidi. Rides, & ſcripſerunt ait, multi de re iſta: fateor, ſed ni fallor, hiſtoricè tantum, non phyſicè, cauſas nempè rerum afferentes: neq; hoc ordine, ſed prout ſors ſe obiecit ipſa, nec litem lite reſoluo, ſæpè enim iudicium, & coniecturam interponam meã, & præſtitit, non modo colligere, ſed ſeligere. At qui tu demum titulum ad tuam ſaliuam, nec facere, nec ipſi operi, cohærere obtundis. Quod ignoras reprehendis miſer. Quid quæſo hianti ore ex titulo, iamdiù expectas? ſi vocem ipſam tituli ignoras pœnitus, eia ad cepundia: iam ſenex, Pedagogum adeas: conſulas Calepinum. Tu verò de balſamando fortaſsè Defuncto barbarè dixiſſes barbarus. O qui pedagogo tradaris barbaro, qui vbi te femoralibus exuerit, ſaligno fuſte plectat, contundatque. Sed quo digreſſus? Ceſſon plura maledico benedicere. Verum illud eſt. Contumelia, & obtrectatio, ſępè animis tranquilliſſimis patientiã extorſit. Quare mittamus; mi tu, rabulas iſtos: in periſtilijs anſati obambulent: in tenebris, cùm ad cuiuſque ſplendorem caligent. Tu (tibi enim cudimus Lector) ſi quid vacuus ſub vmbra luſi, hoc habes quidquid illud ſit. Si quid incoctum do, condona, neque nodum in ſcirpo quæras: non enim ex ijs ſum, qui perfectiſſimè me ſcribere cenſeam, ſed in eo numero, me repono, qui & ſcribendo proficiunt, & proficiendo ſcribunt. Vale.

Digitized by Google

INDEX CAPITVM

Quæ in hoc opere continentur.

DIcendorum materia, ratio, & ad Deum preces, cap.1.pag.1.

Sint ne curanda cadauera. Quorumdam ſententia aſſertur, reÿcitur: & vera probatur. cap.2.pag.2.

Cur debeant curari cadauera. Viuentium ne gratia, an mortuorum, cap.3.pag.6.

Pertineat ne ad medicum curare Cadauera, cap.4.pag.10.

Dicendorum ordo, & operis totius typus, cap.5.pag.12.

Sint ne fato functi oſculandi, vbi non pauca de cauſis, ſeu oſculi vſu, cap.6.pag.13.

An claudendi ÿs oculi, os, partes demum omnes componenda, cap.7.pag.16.

Flexibilitatis, inflexibilitatis natura, cauſa: cur uè mortui ferè omnes rigeant, alÿ contra flecti interdum ſoleant, cap.8. pag.19.

Poſſit ne naturaliter Defunctus qui obriguit: flecti, quod factum produnt in P. Andrea Caſtaldo Theatino. cap.9. pag.23.

Sint ne conclamandi mortui. Veterum ſententia aſſertur, & reÿcitur. cap.10.pag.25.

Num deflendi mortui. Variæ de re iſta ſententiæ, cap.11. pag.27.

Fletus natura, cauſæ, vſus. cap.12. pag.30.

Abſoluitur diſputatio de lacbrymis, & ad principalis difficultatis deciſionem via ſternitur, cap.13.pag.33.

Aſſerat ne mors aliquid mali, an cõtra exoptanda. cap.14. pag.39.

An eouſque in morte alicuius debeamus triſtari, vt defleamus. cap.15. pag.40.

Quantum lugendum, & quomodo, cap.16.pag.43.

Sint ne morientium crines, qui in vertice tondendi, & num à crinibus robur, vita, cap.17.pag.46.

Sint ne lauandi mortui, & à quibus, vbi non nulla de vſu lotionis apud veteres, cap.18. pag.51.

Poſſit nè cadauere ſanguis naturaliter fluere, aut excrementa prodire, cap.19.p.54.

Qua vi moueantur excrementa defuncto iam homine. Quorumdam opinio aſſertur, & reÿcitur. cap.20. pag.55.

Soluuntur rationes pro contraria ſententia adductæ, aſſertur

a tur

tur cauſa incremẽti pilorum in mortuis, nigredinis, & cruentationis, cap.21. p.58.

De cauſa concretionis ſanguinis, & fluxibilitatis, cap.22. pag.64.

Num ratio, qua monſtratum eſt, poſſe è cadauere ſanguinem naturaliter fluere, quia è vulnerato Chriſti latere, ſanguis exiuit, & aqua, ſit ſufficiens, cap.23. pag.69.

Sit ne cremandum corpus extinctum, & lotum. Veterum. præſertim vero Romanorum ſententia affertur, & quid faciendum ſtatuitur, cap.24. pag. 72.

Qua arte veteres combuſti cadaueris cineres collegerint. Variæ adducuntur ſententiæ, & vera probatur, cap.25. pag. 75.

Sint ne humanda cadauera. Varij Gentium ritus afferuntur. Damnatur ſubmerſio, ſuſpenſio, & humatio probatur, cap.26. pag.77.

De ſepulturæ loco: Domus ne eſſe debeat, ager, an Templum: & quale in vrbe, an extra vrbem, cap.27.82.

Sint ne condenda cadauera in templo patrio, an quodcumque indiſcriminatim ſit commodum, cap.28. pag.88.

De elatione cadaueris. Quomodo facienda cum pompa, an citra pompam, cap.29. p.90.

Debeant ne cereorum delatores in funere admitti: vbi de vſu cereorum, cap.30. p.92.

Debeant ne in funere admitti Tubicines, Tibicines, Campanæ, Cantores, Præficæ, Imagines, cap.31. pag.94.

De Campanarum origine. An in D. Paulinũ debeat referri, cur dicta ſit Nola, & Nolanorum ſtemma ſit Campana, cap.32. pag.97.

Qui, quot, & quomodo debeant deferre Defunctum, cap.33. pag.102.

Veſtitus ne, an nudus: tectus an diſcopertus debeat efferri Defunctus. cap.34. pag.104.

Quomodo, & quando efferendus Defunctus. cap.35. p.106.

Ratio dicendorum connectens dicta dicendis, cap.36. p.109.

Quid putredo, alteratio ne, an corruptio, cap.37. p.109.

Cuius nam corruptio putredo, ſeù de ſubiecto putredinis, pag.111.

Fiat ne putredo corrupto calore naturali, & proprio, ſeù de cauſa putredinis, pag.114.

Intendatur ne calor in putredine, an remittatur, pag.116.

Fieri ne poſſit putredo à frigido ambiente, pag.119.

Fieri ne poſſit eadem ab humido, aut ſicco ambiente, p.120.

Fiat ne quoque ab interna frigiditate mixti, pag. 121.

Sit ne putredo idem, quod concoctio,

Digitized by Google

coctio, pag. 122.
Cur ex putridis quædam animalia fiant, pag. 124.
Cur multa, & exigua, cur virulenta, ibidem.
Fiat ne putredo ab externo ambiente, & quid eius nomine intelligendum, pag. 125.
Præſeruandi cadaueris à putredine ratio, cap. 38. p. 127.
Exiccandi cadaueris ratio, & num exenterandum, cap. 39. pag. 128.
Quoto à morte die exenterandum ſit corpus, ſeù de certis mortis indicijs, cap. 40. pag. 131.
Ex qua materia, & quomodo condiendum cadauer, cap. 41. pag. 134.
Sit ne cadauer quodcumque exenterandum, & condiendũ. Pars negatiua defenditur, ac docetur cur quædam cadauera diù incorrupta ſeruentur, & num idem ſanguini contingere poſſit, c. 42. pag. 138.
Ratio muniendi cadaueris ab ambientis iniuria: an condendum in arca, quali, & num alia cum ipſo, cap. 43. pag. 141.
De monumenti qualitate, ſeù titulo, cap. 44. pag. 144.
Debeat ne tumulus floribus reſpergi, aut coronari Defunctus, vbi multa de coronis, cap. 45. pag. 147.
Sint ne epulæ tumulo inferendæ, cap. 46. pag. 152.
Sint ne lampades ſuſpendendæ ad ſepulchrum, vbi multa de cereis, & igne, cap. 47. pag. 157.

Finis Indicis Capitum.

Digitized by Google

INDEX

Rerum notatu digniorum, quæ continentur in hoc opere.

A

ACerra quid, pag.107.

Aer an putreſcere poſſit, & quomodo cum ſit corpus ſimplex, pag.111.

Alces vngula dextri pedis poſterioris, facultatem habet aduerſam epilepſiæ, pag.47.

Ambientis nomine quid voluerit Ariſt. in definitione putredinis, pag.125.

Andreæ Caſtaldi Theatini mira à morte flexibilitas, cauſæ. pag.23.

Animalia cur gignantur ex putridis 124. Cur multa, & exigua ibid. Cur varia, pennata teſtacea, virulenta, ibid.

Animal poſſit ne viuere citra ſpirationem,& quamdiù,pag.131.

Aqua an contineatur naturaliter in hominis mortui pericardio, pag.68. Cur & an in pericardio viuentis habeatur, ibid. Quomodo gignatur propè calidiſſimum viſcus, pag.69. Quem habeat vſum, pag.333.

Aqua an putreſcere poſſit,& quomodo, pag.111.

A

BEata Virgo an immodice fleuerit vnigenitum ſuum, 43. An in ſpaſmum inciderit, dum Chriſto crucem baiulanti occurrit, 44.

Bruta an lachrymas fundunt,p.40.

C

CAdauera an curanda, pag.2. Quam ob cauſam viuentium ne, an defunctorum, p.6. An à medico, p.10. An cremandum, an ſepeliendum, leg. mortui.

Cadauera Ægyptiorum,cur tamdiù incorrupta conſeruentur, pag.135.

Cadauera quædam, cur diù incorrupta conſeruentur, p.138.

Cadauera fulmine percuſſorum, cur non putrefiant, pag.139.

Cadaueri ſiccando, quæ conducant, 137. An omnia exenteranda,& ſiccanda, p.138. Quo pacto præſeruanda ab iniurijs aeris, pag.141.

Cadauer an in arcula concludendum, pag.142. Quali ibid. An aliud ſepeliendũ cũ ipſo, ibid.

Cadauera innocentũ,quæ in Templo D.Mariæ Annunciatæ oſtẽduntur Neapoli, ſupernaturaliter fuere hucuſq; ſeruata,p.141.

Campanæ pulſus laudatur in funere, pag.95. Quoties pulſanda,ibid.Quam ob cauſam,ibid.

Campana cur Græcis,Turcæ,ſubditis interdictæ, ibid.

Campana habet vim tempeſtates ſedandi, pag.95. Vnde hoc habet, ibidem.

Campanæ pulſus an dœmones pellat,& quam ob cauſam,ibid.

Campanæ pulſu maleficia impediri, crediderunt veteres, p.96.

Cam-

Digitized by Google

I N D E X.

Campana, cur ita dicta, pag.97. & 100. cur Nola, &
Campanile Nolarium, ibidem.
Campanæ vſus varius ibidem.
Campana cur vtantur pro ſtemmate Nolani. An eius ſono Cicadæ ab agro Nolano fuerint expulſæ, pag.101. & 102.
Capilli in mortuis, qua ratione creſcant, pag.58.
Capilli qui in vertice, an ſint cauſa roboris 48. Cur abradunt Iudices, cum torquent maleficas, ibid. Cur ijs abraſis amiſerit fortitudinem Sampſon, Dido vitam, ibidem.
Catalepſis, à qua cauſa, pag.21.
Cecalæ oppidum, cur ita dictum, ibidem.
Cereorum vſus in Eccleſia, quinam, pag.92. An ad funus cohoneſtandum admittendi, ibid. Cur Prælati Poetis, & Imperatoribus., 94.
Charontem, cur Portitorem appellauit Poeta, pag. 142.
Cicadæ, an vmquam fuerint in agro Nolano, p.101.
Cicadæ aliæ mutæ, vocales aliæ: & cur, ibidem.
Chriſtus viuens ne, an mortuus lancea fuerit vulneratus, pag.67.
Chriſti Cruci affixi imago deferenda in funere, pag.96.
Cœmiterium, cur ſic dictum, pag.93.
Concretio quomodo à calore, pag.65.
Cor cur fletu leuetur, pag.34.
Cor veneno perempti an poſſit comburi, pag.139.
Coronæ vſus quis nam, pag.149. Cur tributæ conuiuius, ibid. an mortuis concedendæ, p.150.
Cur Sacerdotes continuò coronæ figuram in capite geſtent, ibidem. Differentiæ earumdem, ibidem.

D

DEpoſitum, idem quod de ſpe poſitum, pag.28.
Dolori quas ob cauſas ſuccumbimus, pag.43.
Durities à quot cauſis. pag.20.

E

ELementa an poſſint putreſcere, pag.111.
Epitaphium qua ratione differat ab Epicedio, nœnia, pag.145.

F

FErialium dies, cur ſic dicti, pag.152.
Fletus quid, pag. 30. Qua ratione differat à mœrore, planctu, & luctu ibid. à qua cauſa, p.31. An proprius hominis, pag.41.
Flexibilitatis, & inflexibilitatis natura, pag. 20. Cauſæ ibidem. Quomodo mortuorum propria, ibidem.
Funus, cur ſic dictum, pag. 93.
Funus duplex, cenſorium, & tranſlatitium, pag.90. Quid vnumquodque, ibid. Sollemne cur cenſorium ſit dictum, pag.91. Quot perſonæ ad hoc accurrebant, ibidem.
Funeris curatores, cur ſalitores dicti, pag. 137.

I

IGnis, cur inter honores Auguſtales habitus, pag. 158. & inter diuinos, ibidem.

L

LAchryma quid, pag.30. Qua ratione differat à ſudore, & vrina, ibid. An ſit ſignum internæ mœſtitiæ, ibid. Cur ita

dictæ

Digitized by Google

dictæ, pag. 31.
Lachrymarum materia an in oculis, corde, & cerebro, p. 33.
Lachrymæ quomodo eliciantur à triſtitia, & gaudio, p. 34.
Lachrymæ an Brutis conceſſæ, pag. 40.
Lazari reſurrectio vere fuit miraculoſa, & quam ob cauſam, pag. 134.
Lexus quid, pag. 43.
Libithina Dea quid, pag. 11. & 129
Libithinarij quid, pag. 11. & 129.
Lotionis vſus quis nam apud Romanos. Hebræos Chriſtianos, pag. 51.
Lucernæ cur appenſæ arboribus, pag. 93.
Luctus immoderatus damnandus, pag 43.

M

MAnelphi opinio de lachrymis, 35.
Mauſolæum quid, 144. Cur ita dictum ibidem. Damnatur, ibidem.
Medicina, l. medica ars.
Medica ars tres ne partes habeat, & quas, pag. 1. An debeat curare cadauera, pag. 10.
Medici, an ſeruorum loco habiti ab Ægyptijs, pag. 11.
Mixtum an intereat vſtione tantum, & putredine, pag. 123.
Mixtum duplex, homogeneum, hetherogeneum, 126. Illud non eſt intrinſecè putreſcibile, hetherogeneum contra putreſcit intrinſecè, ibidem.
Monumentum quale extrui debeat 145. An admouendi tituli, ibid. Cur ſic dictum. pag. 7.
Moriens, & coiens, cur oculos attollit, pag. 16.
Morientibus oculi an claudendi, pag. 17. Oculos claudere clara luce cur natis interdictum, pag. 18. Cur claudendi ab ijs, qui mortuo coniuncti, ibid.
Morientibus os nullo modo claudi debet, pag. 18.
Morientium crines qui in vertice an tondendi, pag. 46.
Mors duplex ex Platone, pag. 50. Quæ expectanda, quæ procuranda, ibidem.
Mortui an oſculandi, pag. 13.
Mortuorum rigiditas à qua cauſa, pag. 21. & 23.
Mortui an conclamandi, pag. 25. quoties conclamati 26. Cur conclamati, ibid. An deflendi, 27. & 40. Quoties defleti à Romanis ibid. A quibus ibidem. Quantum lugendi p. 43. Habeant ne aliquam animæ facultatem, pag. 55. & 58. Cur terrã leuem mortuis precabantur antiqui, pag. 59. Aquam, ſalutabant, pag. 59.
Mortui quando ad ſepulturam efferendi, 106. Cur Romani humationem differrent, ibid. Noctu an diù efferendi defuncti, pag. 108. Infantes cur ſemper noctu ſepeliebant, pag. 108.
Mortui qua ratione poſſint vindicari à putredine, pag. 107.
Mortuos, & conuiuas vngere, in more fuit Romanis, pag. 107.
Mortuos cur vngebant Romani ibidem ſi vrebant.
Mortui quidam, cur à morte nigri fiant, 59. Quomodo quædam partes ipſorum motæ, ibidem. An poſſint cruentare naturaliter

Digitized by Google

turaliter, pag.54. Cur hoc faciunt ad homicidæ præſentiam, pag.60.
Mortui repente, non ſunt ſtatim ſepeliendi, pag.133. Quoto à morte die ſepeliri debeant, ibidem.
Mortis certa indicia quæ, pag.131
Mortui qua ratione ſiccandi ne putreſcant, pag.128. an exenterandi, ibid. Quoto à morte die hoc faciendũ, pag.131.
Mortui an coronandi, pag.147. Cur nõ coronarint priſci Chriſtiani, ibid.
Mulieres cur facilè lachrymentur, pag.34.
Mumia quid, pag. 135.

N

NAres cur citius putreſcant, quam caro, pag.140.
Nœnia quid, pag.28.
Nugæ, cur vocatæ ſunt nœniæ, pag.28.
Nutricum cantilenæ cur ſint Nœniæ dictæ à quibuſdam, p.28.

O

OCuli cur claudantur in ſomno, pag.16.
Oſculi vſus varij, pag.14. & infra.

P

PLica laborantes cur crinibus attonſis lœduntur, pag.49.
Pollinctor quid, pag. 11.
Præfica cur ſic dicta, pag.28. An conducenda in funere, pag.96.
Prudentes cur raro lachrymantur, pag.32.
Pueri cur facilè lachrymentur, pag.34. & 42. Cur lachrymare conducat, ibidem.
Putredo, alteratio ne, an corruptio, pag. 109. Quid voluerit Ariſt. quid Gal. 110. Sit ne naturalis corruptio, 111. Cuius nam corruptio ſit putredo, ibidem.
Putredinem quæ arceant, quæ inducant, pag.136. & 139.
Putredo elementorum an diuerſa à putredine mixtorum, p.112.
Putredo an fiat corrupto calore naturali, & proprio, pag.114.
Putredo intendat ne calorem, an remittat, pag. 116. An fiat à frigido ambiente, pag.119. Ab humido, aut ſicco, 120.
Putredo fit à calido ambiente, non tamen vt cumque calido, pag.120. Non fit à frigiditate interna mixti, 121.
Putredo an idem quod coctio, pag.122.
Putredo an ab externo ambiente calido, pag.125.

R

RHinoceros cornu habet facultatem aduerſus venena, p.47.
Rigiditas quomodo à frigiditate, pag.22.

S

SAcerdotum cantus admittendus in funere, & quam ob cauſam, pag.96.
Sanguinis concretio, à qua cauſa, pag.64.
Sanguis ceruorum, cur non concreſcit, ibid. Cur non pituitoſus, & aquoſus, ibid. Cur non concreſcit in venis, pag.65.
Sanguis concretus cur eliquetur, ibidem. An poſſit denuo concreſcere, pag.66.
Sanguis Sancti Ianuarij an naturaliter concreſcat, & eliquetur, ibid. An poſſit diũ ſeruari incorruptus, pag.140.

Sanguis

Sanguis è latere Chriſti an naturaliter prodierit, pag.67.
Sepultura quem vſum præſtet mortuis, quem viuentibus, pag.6.
Sepulchro an lampades ſuſpendendæ, pag.157.
Silicernium quid, pag.152.
Siticines quid, & cur ſic dicti, pag.94.

T

Titulus quid, pag. 145. Cur dictus eſt nomen, p.146. An tumulo apponendus, ibid.
Tumulus an ſpargendus floribus, pag.147. An epulæ eidem inferendæ, 152. Cur apponerent veteres, ibid.

V

Veſpillones cur ita dicti, pag. 108.
Virium robori quot neceſſaria, pag. 48.
Vmbras quid crediderit eſſe Cicero, pag.156.

FINIS INDICI.

Digitized by Google

POST PRAXIS MEDICA
Seu
DE MEDICANDO DEFVNCTO.
Liber vnus.

Dicendorum materia, ratio, & ad Deum preces. *Cap.* 1.

QVicũque Medicinæ pelagus, in hanc vſque diẽ tranare ſtuduerunt, tres tantum eius partes perluſtrarunt. Primam, quæ ægrotantia corpora curare docet: ſecundam, quæ beneualentia tuetur, & regit: tertiam, quæ humani corporis, prout bonæ, malæq; valetudini ſubijcitur, cognitionẽ cõplectitur; nam etſi duarum priorum cupiditate tantùm teneantur Medici; quia tamen, niſi huc etiam excurrãt, ad exoptatum portum peruenire non poſſunt; hinc fit, vt ad hanc quoque adpellant; quibus inſpectis, tãquam vniuerſam Oceani huius, quanta quanta illa eſt, immenſitatem enauigaſſent, infixis Herculis exemplo, columnis, inſcribũt, *Non plus vltra*, curſus quaſi finem adepti. Sanè liberè id dicam, anguſtioribus iſti terminis facultatem medicam concluſerunt: eſt in orbis huius receſſu inacceſſus adhuc locus, nec ad vltimum vſque ſinum Oceani huius peruenere fortaſſe, quãquam perluſtraſſe Vniuerſum ſuperbè ſe iactẽt; ſi enim quod eſt in Medicorum optatis (hoc eſt, vt conualeſcat æger) contingeret ſemper, illa eſſet, quã hucuſque autumarunt metam Medicorum laborum; at quando ſæpè ars morbi acerbitate deluditur, &, vt ait ille,

Interdum docta plus valet arte malum,

plus vltra progredi, & de defuncto medicando tractare eſt operæpretium. Age igitur *Plus vltra:* commutemus titulum, terminum proteramus, ſoluamus anchoram, claſsique quæ diu portum tenuerat, laxemus habenas; aut enim prorſus cœcutio, aut ad Medicum ſpectat, ſuo fato iam functis, opem ferre, & medicam manũ adhibere. Quid rides? quid ſubſannas? Quia, inquies, fatuũ eſt, velle extinctum curare, &

hominis omninò deliri. Haud abnuo, ſi extinctum eo animo aliquis curare contendat, vt ad vitam reſtituat; at ſtudere, ne extinctum corpus putreſcat, & ſanioſum fiat, Medicorum eſt munus, & illud quidem pium; quod ne quis ſuſpicetur, me in gratiam ſuſceptæ diſputationis aſſerere, idè dicturum, ſi aliam ſuſcepiſsem materiam ſcribendam: proteruiat alius, in alienam meſsem me falcem immittere: abſurda tractare, & a propoſito Medici aliena: propterea ante omnia diſputationis iſtius neceſſitatē monſtremus, & eamdem ad Medicum pertinere. Tu Deus felix ſis mihi ſydus: tu Dux, tu Proreta, atque gubernator; tuo enim ſuffultus auxilio, fragilem mei ingenij cymbulam, ignoto audebo committere mari, portumque ſpero fore, vt lætus attingam; verè enim ille, verè.

Quiſquis ſecundo nauigarit Numine,
Is vel ſaligno nauigarit vimine.

Sint ne curanda cadauera, quorumdam ſententia affertur, reÿcitur, & contraria, quæ affirmat, probatur. Cap. 2.

NVllam eſſe cadauerum curam habendam, exiſtimauit Diogenes. Quare imitatus beſtias, quas nulla cura ſepulturæ ſollicitat, inhumatum ſe proijci iuſſit; *Nam ſi canes,* ait, *meum lacerabunt cadauer; Hyrcanam nactus fuero ſepulturam; ſin Vultures, Hyberam; quod ſi nullum animal accederet, ipſum tempus pulcherrimam fore ſepulturam, corpore pretioſiſsimis rebus, Sole, inquam, & imbribus abſumpta.* Stobæu ſer. 120.

Idem rogatus; num ſeruum, ancillamve haberet, negauit: cumq; ad eciſset percunctator, quis igitur te efferet, ſi moriaris? *Cui domo,* inquit, *erit opus.*

Demonactes quoque interrogatus, quomodo vellet ſepeliri; *Ne quid,* inquit, *hæc cura vos ſollicitet: fœtor me ſepeliet.* Erasmus libro 8. Apoph. Incutientibus metum, laceratur iri à canibus; *Quid,* inquit, *incommodi, ſi & mortuus alicui ſim vſui?*

Abiecit eamdem curam Cyrenęus; nam Lyſimaco, crucem minitanti: *Iſta,* inquit, *purpuratis tuis minitare: Theodori quidem nihil intereſt, humi ne, an ſublime putreſcat.* Cic. 1. Tuſc.

Eodem ſenſu alij multi, Anchiſes,

facilis iactura ſepulchri Virg. 6. Æn.

Mœcenas.

Nec tumulum curo, ſepelit natura relictos.

Alij, de quibus Luc. lib. 7.

tabes nè cadauera ſoluat
Aut rogus, haud refert: placido natura receptat
Cuncta ſinu: cœlo tegitur, qui non habet vrnam.

Galli cruentiſsima clade à Græcis ad Thermopilas affecti, nullas per Caduceatorem popoſcerunt inducias, vt ſuos ſepulturæ mandarent, planè oſten-

Theatrũ vit. hum. p. 569. oſtendentes, in eorum eſse ſententia, qui nihil putant intereſſe, h imo ne tegantur cadauera, an à uolucribus ijs, quæ ſolent ad ipſa aduolare, dilanientur.

Suaderi hæc ſentẽtia poteſt, quia nullus eſt in cadauere ſenſus; vnde prouerbium, *Mortui non dolent*; & illud iactatum de ijs, qui indecora faciunt, *Mortuum flagellas, mortuum vnguento perungis*. Quare omninò ſuperuacaneum eſt, ipſum curare. Salsèq; Diogenes obiurgãti cuidam, quod inhumatus canibus uellet proijci, *Ponite iuxta me*, inquit, *bacillum, quo abigam*. Cui cùm ille: *Qui poteris, nihil ſentiens? Quid igitur*, ait, *ferarum laniatus oberit, nihil ſentienti?* Nec minus falsè alius ea ratione ſepulturam reiecit, quia ſentienti onus eſt terra: nihil ſentiẽti, ſuperuacaneum. Hinc Lucret. l. b. 3.

Proin cum videas, hominem indignarier ipſum,
Poſt mortem, fore vt, aut putreſcat corpore poſto,
Aut flammis interfiat, malisve ferarum.
Scire licet non ſincerum ſonare, atque ſubeſſe
Cæcum aliquem cordi ſtimulum: quamuis neget ipſe
Credere ſe quemquam ſibi ſenſum, in morte futurum;
Non vt opinor enim, dat quod promittit abundè,
Nec radicitus è vita ſe tollit, & icit,
Sed facit eſſe ſui quidam ſuper inſcius ipſe.
Viuus enim ſibi cùm proponit, quiſque futurum,
Corpus vti volucres lacerent in morte, feræque
Ipſe ſui miſeret, neque enim ſe diuidit bilum
Nec remouet ſatis à proiecto corpore, & illum
Se fingit, ſenſuque ſuo contaminat aſtans.
Hinc indignatur, ſe mortalem eſſe creatum,
Nec videt in vera nullum fore morte alium ſe,
Qui poſsit viuus ſibi ſe lugere peremptum.

Contrariã nihilominus ſententiam, quæ cadauera eſſe curanda docet, veram, piam, ac propterea amplectendã, communis ſenſus ſuadet: ac primo Sancti illi Patriarchæ, Iacobus, Abrahamus, Ioſephus, & alij, qui non ſolùm illa ſepelienda curarunt, ſed de transferendis ijſdem, grauiſſima mãdata dederunt. Suadet ſecundò Chriſtus, qui nedum ſepeliri, ſed glorioſo condi ſepulchro voluit. Quo tempore item Sancti Apoſtoli Petrus, & Paulus, sũt paſſi, ex Oriente fideles, ad repetenda ciuium ſuorum corpora aduenerunt, quæ ad catatumbas locata, dũ inde conueniens, ciuium multitudo attollere niteretur, ſic fulgure, & tonitruis eſt exterrita, vt amplius auferre, & aliò traducere non ſit auſa. Proinde Romani illa ſepelienda curarunt. Diuus quoque Ianuarius, cùm inhumatus Puteolis inter dumeta iaceret, in ſomno homi- *Greg. l. 3. ep. c. 30.* *Mazzella in hiſt. Puteol.*

 nem,

nem, qui Neapoli ad balnea Puteolana ſe cōtulerat, eſt hortatus, vt corpus ſuum ſepulturæ mandaret; eſtq; pro beneficio certā ſanitatem pollicitus: tanti eſſe ei videbatur iactura ſepulchri. Nimirum viderat noſtrā Matrem Eccleſiam, non tantùm animabus Sanctorum preces fundere, ſed & eorum corpora, immò & corporum minimas particulas, thecis incluſas argenteis, honorificè habere. Hinc Conſtantinus Imperator certum quorundam numerū efferendis defunctis, curandiſque conſtituit; cuius exemplū alij pientiſſimi Principes ſequuti, et priuilegijs multis muneri huic mācipatos honeſtarunt, & certam ijs mercedem conſtituere placuit, ne vel graues mortuis ſepulturę eſsēt, aut cognatis defuncti diſpendio. Nempè boni illi Principes ſuo ſubiectos imperio homines, nedum viuos, ſed mortuos curabant. Neque verò hanc humanitatis procurationem Ethnici neglexere, immo multò pluris fecerunt; Athenienſes enim decem Imperatores ſuos, & quidem à pulcherrima victoria venientes, capitali iudicio exceptos necarunt, quod militum corpora, ſæuitia maris interpellante, ſepulturæ mandare nō potuiſſent. Romanorum exercitus vndecimum habebat ſaccum, in quē vniuerſa legio aliquid iubebatur conferre, eam, vt refert Vegetius, ob cauſam, *Vt ſi quis ex contubernalibus defeciſſet, de illo vndecimo ſacco, ad ſepulturam ipſius promeretur expenſa.* Idem Romanus exercitus, *ſextum poſt cladis annum, trium legionū oſſa, nullo noſcente alienas reliquias, vt ſuorū humo tegeret, omnes vt coniunctos, vt ſanguineos, aucta in hoſtem ira, mæſti ſimul, ac offenſi condidere.* Omnes demum milites, ſæpè pactum cum hoſtibus de ſepeliendis cadaueribus iniuere, eamq; ob cauſam, datas ſæpè inducias, omnes ferè hiſtorici conteſtantur. Vnde nō eſt cur miremur, Platonem de iuſtitię generibus agentē, non omiſiſſe quod pertinet ad defunctos: & Ariſtotilem cēſuiſſe, iuſtius eſſe, hominibus vita functis, opem ferre, quàm viuis; nam ſi milites, quibus, vt ait Poeta, nulla fides, pietaſq; ſepulturæ curam non abiecere, cur modò abijciant illam Plato, Ariſtotelis, alijque Philoſophi cùm doctrina, tùm pietate clariſſimi? Equidem omninò à pietate, & communi omnium ſenſu aberrare eos omnes cenſuerim, qui aliter ſenſerint; idcircò enim Parētalia, Iuſta ſunt dicta, quia iuſtū eſt, Iuſta facere, ſoluere, peragere. Et verò vſque adeo id naturæ, & rationi conſentaneum eſt, vt veteres non tantùm humanorum cadauerum, ſed & brutorum quoque ſuſceperint curā. Ægyptij enim & crocodillos, & alia bruta cedri condiebant liquore, quo ſeruarētur diutius. Xantippus domeſticos canes curauit humandos; equas Cymon Athenienſis;

Baron tomo 3. anno Chriſti 336.

Valerius Max. lib. 9. c. 8. circa finem.

Libro 2. c. 20.

Tacit. lib. ann. 1.

Caſſiod. l. 2. var. c. 19. & 22. Liu. l. 32.

Plin. lib. 8. c. 42.

Digitized by Google

nienſis: equum ſuum Cæſar Dictator. Alexander verò nō ſolùm voluit honorare ſepulcro, ſed & vrbem quamdam Bucephalam, ab eo ibi condi-
Idem lib. 10. c. 43. to, nominauit. Populus quoque Romanus, coruum humano aſſuefactum ſermoni, Tyberiumque, Germanicū, & Druſum ſalutantem, non tantùm honorificè ſepelijt, ſed occiſorem ſaxis obruit. Ceruus Syluiæ, qui violatus vulnere, bella ſeuit inter Troianos, Latinoſque, roſis meruit, tumuloque ornari; vnde à Statio dictum,

Et volucres habuere rogum, ceruusque Maronis.

Iouius l. 13. ſuæ hiſt. in fine. Selimus demum, vt ad noſtra tempora deſcendamus, equo ſuo, cui Catabulo .i. atræ nubis nomē fuit, ad Memphim mortuo, Alexādri Magni exēplum ſequutus, condidit ſepulchrum.

Neque obruiſſe bruta, & his officijs proſequi, ſatis ijs eſt viſum, ſed & elogia quidam ſepulchro addidere: vnde vetus epigramma,

Lib. 3. epigram. veter. *Quod potui, poſui tibi fida catella ſepulchrum,*
Digna magis cæli munere, quā tumuli.
Candenti ex lapide, hæc tibi conuenit vrna: fuiſti
Candida tota fide, candida tota pilo.
Si cœlum, vt quondam canibus patet, haud tua terras
Incendet, ſed ver Stella perenne dabit.

Nec contempſere noſtri, ſed eumdem ſunt morem mutuati ab Antiquis; extat enim hodie felis tumulus in domo Franciſci Petrarchæ, quæ in Arqua municipio Patauino videtur, hoc elogio decoratus.

Etruſcus gemino vates exarſit amore:
Maximus ignis ego: Laura ſecundus erat.
Quid rides? diuinæ illam, ſi gratia formæ,
Me dignam eximio, fecit amante fides.
Si numeros geniumque ſacris dedit illa libellis,
Cauſa ego, ne ſæuis muribus eſca forent.

Extat & hoc epitaphium, auctore Maiolo, in villa quadam prope Bononiam.

Furem allatraui parcens taciturnus amanti:
Sic placui Domino: ſic placui Dominæ.

Circumferuntur & alia, ſed luſus gratia ſcripta, non tamē inſcripta. Muretus in mortem cuiuſdam Mulæ.

Caue tibi Viator
Ad Mulæ tumulum Pueri
Ne temere accedite.
Ore riſit. Pede luſit
Dorſo tulit. Omnia belle
Vixit ann. vij

Et alius in mortem Gruis.

Hic iacet vetula Grus.
Gaude Mus, gaude Sus,
Haud vobis iam amplius
Roſtro erit inſenſa Grus:

Digitized by Google

Plorent Domina, & Dominus,
Quod Gracilipes non ludet plus.
Grues plãgite, Pigmæi plaudite.
M. DC. XIV.

Aelianus l.5.c.49. Bruta quin etiam ipſa ſe inuicem ſepeliunt, nam Elephas Elephanti, ſi occurrat mortuo, non vltra progreditur, quam promuſcide terram hauſerit, & cadaueri iniecerit: vt propterea Plinius admittendus nõ ſit, qui præter homines, ſolis Formicis hoc tribuit, obitus eorum, quæ idem lib.11.c.18. ſcripſerat, habet enim Apes quoque defunctas efferre, funerantiumque more exequias comitari. *Lib.11.c.30.* Et nos contemnemus curã defunctorum? Contemnamus potius eorum arrogantiam, qui ſepulturam contempſiſſe videntur: quãquam citati ſupra auctores nequaquam cõtempſere; neque enim auſi ſunt dicere, non eſſe id faciendum: ſed ſi fortè non fiat, nullum eſſe incommodum. Itaque, vt rectè aduertit Lactantius, *in ea re non tam præcipientium, quàm conſolantium funguntur officio; vt ſi fortè id ſapienti aduenerit, ne ſe ob hoc, miſerum putet;* nihil enim mali accidere homini, nihilq; boni adimi priuatione ſepulturæ, ſufficienter monſtrauit Auguſtinus, & inter recentiores Pererius cap.14. Geneſ. diſput.5. ea ratione, vt alias mittam, *Si ea, quæ ſuſtentandis viuentibus ſunt neceſſaria, ſicut victus, & amictus, quamuis cùm graui afflictione deſint, non frangunt in bonis perferendi, tolerandique virtutem, nec eradicant ex animo pietatem, ſed exercitatam faciunt fœcundiorem: quantò magis cùm deſunt ea, quæ curandis funeribus, condendiſque corporibus defunctorum adhiberi ſolent, non efficiunt miſeros in occultis piorũ ſedibus iam quietos?*

Libro de vero Dei cultu cap. 11.

1. de ciu. Dei 12. et 13.

Galli quoque haud quidem contempſerũt ſepelire eos, qui in bello occiderant, quod ſepulturam nihili faciẽdam putarent, ſed vt maiorem ſuæ de immanitate opinionem inijcerent hoſtibus, & terrorem, vt Pauſan. in Phocic. Nec demum Lucr. ſepulturam contempſit, ſed eos irridet, qui eam idcircò procurabant, quia aliquem ſupereſſe ſenſum in mortuo opinabantur.

At dices; nullus eſt in cadauere ſenſus: fateor, propterea videndum, cur illa curanda, cur non debeat ſepultura contemni.

Cur debeant curari cadauera, viuentium ne gratia, an mortuorum. Cap. 3.

VIuentium gratia ſepelienda eſſe cadauera, non defunctorum, opinatus eſt Senec. *Epiſt.92.* *Vt corpora viſu, & odore fœda, amouerentur, alios terra obruit, alios flamma conſumpſit, alios lapis oſſa redditurus incluſit. Non defunctis, ſed noſtris oculis parcimus.* & paulò poſt. *Vt ex barba capillos detonſos negligimus, ita ille diuinus animus egreſſurus hominem, quo receptaculum*

ſuum

Digitized by Google

ſuũ defertur, ignis illud exurat, an feræ diſtrahant, an terra contegat; nõ magis ad ſe iudicat pertinere, quàm ſecundas ad editum infantem. Eamdem videtur probaſſe ſententiam D. Aug. hæc enim habet 1. de Ciuitate Dei 12. *Curatio funeris, conditio ſepulturæ, & pompa exequiarum, magis ſunt viuorũ ſolatia, quàm ſubſidia mortuorum.*

Sed aliud eſt conditio ſepulturæ, & pompa exequiarum; aliud ſepultura, & exequiæ. Pompa, viuorum gratia eſt inuenta: ſepultura & viuis, & fato functis proficua. Quos verò præſtet vſus viuẽtibus, quos defunctis, non ita cõſpicuum, & propterea declarandum.

Exiſtimauit Senec. loco ſupra cit. quod ſpectat ad primum, impulſos ad condenda cadauera viuentes, ne tetro eorum odore inficerẽtur. Aſſentitur Senecæ, ex parte Girald. (*Lib. de var. ſepel. ritu.*) credit enim hinc ortum ſepeliendi morem, poſtquam iam cœtus hominum ciuitates conſtituit: ruſticos, ac ſilueſtres alia cauſa inductos cenſet, vt id facerent, eamque eſſe retur, vt poſteri ſibi quoque moriẽdũ eſſe admonerentur, rectèq; propterea, ac ſanctè viuẽdum.

Sed longè diuerſum monumentum eſt à ſepultura: illud quidẽ mortalitatis nos monet, nam monumẽtum ſic dictum, quia monet mẽtem: ſepultura illum præſtat vſum viuẽtibus, quem Seneca innuit: præter hunc, nullum alium agnoſco; enimuerò & diſperſim viuentes, occurſu cadaueris viſu, & odore fœdi læduntur. Quare conducit omnibus, vtcumque viuant, illa ſepelire. Cur præſtet idem facere gratia defunctorum, eſt nunc conſequens dicere.

Putarunt antiqui, conferre ſepulturam ad quietem animæ eius, qui fato eſt functus: nimirum credebant, non poſſe eius animã quieſcere, cuius corpus nondum erat humatum, ſed ſurſum, deorſumque perpetua inquietitudine diuagari. Hinc Homer. hęc Patroclum Achilli dicentem inducit,

Me terræ propera mandare, vt limina pandas
Vmbrarum, vnde animæ exturbant, prohibentque ſuorum
Miſceri cœtui, ſtygiaſve innare paludes.
Per loca ſenta ſitu, per & oſtia Ditis oberro;
Da dextram miſero, nęc Auerni limina rurſum
Tranſiliam, vt placidis ſemel ignibus oſſa quieſcant.

Quem imitatus Virg. 6. Æneid. ait,

Hæc omnis, quam cernis inops, inhumataque turba eſt.
Portitor ille, Charon: hi quos vehit vnda, ſepulti;
Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Tranſportare prius, quàm ſedibus oſſa quieſcant.
Centum errant annos, volitantq; hæc littora circum;
Tùm demum admiſſi, ſtagna exoptata reuiſunt.

Propterea Palinurus, cum

ventorum, & fluctuum ludus eſſet, ſepulturam obnixè, eam tantùm ob cauſam, ab Ænea petit:

Sedibus, vt ſaltem placidis, in morte quieſcam.

At verò rectè D. Thomas 4.ſent. diſt.45. q.2. art.3. ad 3. vbi hanc refert ſententiam, Paganorũ errorem vocat; neque enim ſunt animæ transfretandæ; neque vllus eſt Portitor, cui animarum deuehendarum cura ſit demandata; vt propterea credã, neque illos fuiſſe vſque adeò ſtolidos, vt id ſenſerint, ſed hanc commentos fabellam ſuſpicor, eamdem ob cauſam, ob quam multa pati apud inferos, prauæ mẽtis homines confinxerunt. Quare, vt iſthæc attollere ſunt conati, vt pœnarum timore coercerent prauos: ſic multa pati animas inhumatorũ finxere, ne ſuperſtites curam ſepulturæ abijcerent. Cur verò centum annos errare, Poeta dixerit, Platonem ſequutus, qui id primùm docuit, vide Rhodiginum lib.22. lect.antiq. c.14.

Quod ſi hanc ob cauſam ſepultura mortuis nõ conducit; quidnam emolumenti inde ijs accedit?

Putant noſtri, vt patet ex D.Tho. cit.loc. conferre mortuis ſepulchra, quia eorum intuitu, excitatur memoria mortuorum; vnde fundemus preces, pro animabus ipſorũ: quod confirmant D.Aug. authoritate, qui monumenta, ideò ſic dicta putat, quia monent mentem; ſed vſus hic monumenti eſt, non ſepulturæ. Puto ergo cõferre, quia eſto corpus nihil ſentiat, animus tamen mori neſcius, iniqua corporis conditione triſtatur, honore lætatur. Virg.6.Æneid.

Conſtitit Anchiſa ſatus, & veſtigia preſſit,
Multa putans, ſortemque animo miſeratus iniquam;
Cernit ibi mœſtos, & mortis honore carentes.

Ducor quoque multis experimentis, ſed ne lectorem fatigem, afferam duas tantũ hiſtorias, quarum alteram Plinius recenſet; narrat alteram Conſtantinus Presbyter in vita S.Germani Antiſiodorẽſis, quę apud Surium habetur tom. 4. menſe Iulio, habet ille libro 7. epiſt.ep.27. ad Suram, hæc ad verbum:

Erat Athenis ſpatioſa, & capax domus, ſed infamis, & peſtilens: per ſilentium noctis ſonus ferri, & ſi attenderes acrius, ſtrepitus vinculorum longius primo, deinde proximo reddebatur. Mox apparebat idolon, ſenex macie, & ſquallore confectus, promiſſa barba, horrenti capillo: cruribus compedes, manibus catenas gerebat, quatiebatque: indè inhabitantibus triſtes, diræque noctes per metum vigilabantur: vigiliã morbus, & creſcente formidine mors ſequebatur. Nam interdiù quoque quamquam abſceſſerat imago, memoria imaginis oculis inhærebat: longiorque cauſa timoris, timor erat. Deſerta indè, & damnata ſolitudine

domus,

domus, totaq; illi monſtro relicta: proſcribebatur tamen ſeu quis emere, ſeu quis conducere, ignarus tãti mali, vellet. Venit Athenas Philoſophus Athenodorus, legit titulum: auditoque pretio, quia ſuſpecta vilitas, percunctatus, omnia docetur, ac nihilominus, immò tanto magis conducit: vbi cœpit aduesperaſcere, iubet ſterni ſibi in prima domus parte, poſcit pugillares, ſtylum, lumen: ſuos omnes in interiora dimittit, ipſe ad ſcribẽdum, animum, oculos, manum intendit, ne vacua mens audita ſimulacra, & inanes ſibi metus fingeret. Initio, quale vbique ſilentium noctis, deinde concuti ferrum, vincula moueri: ille non tollere oculos, non remittere ſtylum, ſed obfirmare animum, auribuſq; prætendere: tum crebeſcere fragor, aduẽtare etiã, ac iam vt in limine, iam vt intra limen audiri: reſpicit, videt, agnoſcitq; narratam ſibi effigiem: ſtabat, innuebatque digito, ſimilis vocanti: hic contrà vt paululum expectaret, manu ſignificat, ruſuſque ceris, & ſtylo incumbit: illa ſcribentis capiti catenis inſonabat: reſpicit rurſus idẽ, quod prius, innuentem: nec moratus, tollit lumen, & ſequitur. Ibat illa lento gradu, quaſi grauis vinculis, poſtquam deflexit in aream domus, repente dilapſa, deſerit comitem, deſertus herbas, & folia concerpta ſignum loco ponit. Poſtero die adit magiſtratus, monet, vt illum locum effodi iubeãt. Inueniuntur oſſa inſerta catenis, & implicita, quæ corpus æuo, terraque putrefactum, nuda, et exeſa reliquerat vinculis: collecta publicè ſepeliuntur: domus poſtea ritè conditis manibus caruit. Hæc Plinius.

Audi aliam. *Cum ſanctus vir in loco quodam ſpectris infeſto moraretur intrepidus, ſubito ante os legentis adſtitit vmbra terribilis, & paulatim ſub oculis intuentis erigitur. Parietes etiã ſaxorum imbribus colliduntur. Tunc verò deterritus lector, præſidium Sacerdotis implorauit, qui ſtatim proſiliens, effigiem terribilis imaginis intuetur, & præmiſſa obſecratione nominis Chriſti, imperat, vt quis eſſet, quidve illic ageret, fateretur. Qui protinus terrifica vanitate depoſita, voce humili, more ſupplicantis, eloquitur, ſe comparem que ſuum auctores fuiſſe multorum criminum, inſepultos iacere, & ob hoc inquietare homines, quia ipſi quieti eſſe non poſſunt. Rogat, vt pro eis Dominũ precaretur, quatenus recepti requiẽ mererentur. Ad hæc vir ſanctus indoluit, imperatque, ut locum oſtenderet, quo iacerent. Tum verò, cereo præcedente, dux vmbra prægreditur, & inter difficultates maximas ruinarum, intempeſta nocte locũ, in quo proiecti fuerunt, indicauit. Vt uerò mundo redditus eſt dies, circumiectos incolas inuitat, hortatur ipſe operis maturator inſiſtens: rudera tumultuariè ſuperiecta, ad tempus raſtris auulſa, purgantur. Inueniuntur corpora fuſa ſine ordine, oſſa ferreis adhuc nexibus illigata. Ad legem ſepulturæ foſſa dirigitur, membra exuta vinculis, linteis induũtur, humus ſuperiecta componitur, oratio interceſſionis impenditur,*

requies

Digitized by Google

requies defunctis obtinetur: ita vt poſt eamdem diem, ſine vllo terroris indicio, domicilium frequentato habitatore floruerit.

Cur verò ſepulturæ honore anima afficiatur, Imperatores Theodoſius, & Valentinianus in lib. leg. nouell. tit. 5. ingenuè fatentur ſe ignorare. Puto ego gaudere, quia eſt aliquãdo eò, vnde mortis imperio diſceſſit, reuerſura. Quare dolebit, ſi quæ fuit, quæq; futura eſt eius ſedes, contemnatur: lætabitur ſi quæ eius cura habeatur. Præclarè Auguſt. 1. de Ciu. 13. *Si paterna veſtis, & annulus, vel ſi quid huiuſmodi, tantò carius poſteris, quantò erga parentes affectus maior; nullo modo ipſa ſpernenda ſunt corpora, quæ vtique multò familiarius, atque cõiunctius, quã quælibet indumenta geſtamus.*

Conferet id facere tertiò, quia produ͂t ſacræ Theologiæ Profeſſores, illa cadauera à Dæmone poſſe aſſumi, quæ non ſunt iuſtis exequijs expiata. Ex quo factum, vt Patres antiqui cadauerum expiationem excogitarint, vnde luſtrali ea aqua aſpergunt, thure ſuffiu͂t, ſacris orationibus exorcizant, cereis benedictis illuſtrant, ac demum ſacro loco ſepeliunt. Ne itaque aſſumãtur ſacro loco condenda. Cur verò Chriſti Corpus ſepeliri voluerit Deus: (nulla enim ex cauſis adductis habet locum) an vt certi omnes fierent, verè mortuũ fuiſſe: quare & ſurrexiſſe; an ob aliã cauſam, nõ eſt noſtri inſtituti, modo inquirere. Si quis huius facti cauſam velit noſcere, conſulat D. Thom. 3. p. & expoſitores ibidem.

Pertineat ne ad Medicum curare cadauera. Cap. 4.

PArũm refert noſſe curanda eſſe cadauera, niſi inſuper conſtet, pertinere hoc ad Medicũ, non eſſe alterius partes. Propterea, poſtquàm conſtat de primo, examinemus, an id ſpectet ad Medicum; nam ſi alterius munus ſit, hoc præſtare, temerè à nobis ſuſcipietur hic labor, & iure reprehendere, nos quiuis poterit, quod aliena curemus, & vt prouerbio fertur, in aliorum meſſem, immittamus falcem.

Non pertinere ad Medicum curare cadauera mõſtrant hæc apertè. Conſtat hoc primum ex medicæ facultatis limitibus, quæ, vt communis omniũ ſententia fuit, in hoc tota verſatur, vt ſana ſeruet corpora, ægrotãtia curet. Vnde Auic. prima primi, *Medicina, inquit, eſt ſcientia, qua humani corporis diſpoſitiones noſcuntur, ex parte, qua ſanatur, vel infirmatur, vt habita ſanitas conſeruetur, amiſſa recuperetur.* Ariſt. 30. ſect. problem. 7. *Propter quid vſque ad ſanitatem negotiantur Medici? macreſcunt enim, deinde ex hoc deſiccant; deinde ſanitatem faciunt, poſtea hic ſtant. Vtrum non amplius poſſibile ex hoc fieri aliud, aut ſi poſſibile alterius ſciẽtiæ?* Con-

Digitized by Google

Conſtat hoc ſecundò gentium ferè omniũ authoritate; nam Romani,qui curandis funeribus multum ſtuduerunt Lybithinarijs curam hanc demandarunt. Erant autem Lybithinarij,qui in æde Lybithinę præerant locandis,vendendiſque ijs, quæ neceſſaria erãt, pompam inſtructuris funebrẽ. Lybithina, Dea in cuius æde vendebantur,& locabantur ea, quæ ad ſepulturam ſpectabãt. Errraui,corrigam me: demandarunt hanc curam Pollinctoribus. Erant verò Pollinctores ſerui Lybithinariorum,pollinciendis,hoc eſt abluendis, vngendis, & conſuendis cadaueribus deſtinati, vt Feſtus, Nonius,Varro,& alij. Vnde Vlpianus ff. de inſtitor. act. ait, *Si Lybithinarius, quem ſeruum pollinctorem habuerit, iſque mortuum ſpoliauerit; dandam in eo, quaſi inſtitoriam actionem.* At verò Pollinctores,ita dicti, vel à polliciendis corporibus, vel, vt Grutero placuit l.b. 1. de iure manium cap.15.quia mortuis os, polline obl nerent, ne liuor appareret extincti, ſunt longè diuerſi à Medicis, & multò ignobiliores.Iiſdem demandarunt hoc munus Ægyptij, vt patet ex Diodoro. *Lib. 2. cap. 5.* Non ergo ſpectabit ad Medicos id moliri. Nec putandum eſt aliter, quia cap.49. Geneſ. legitur, Ioſephum cogitantem cadauer ſui patris condire,ſeruis ſuis Medicis id præcepiſſe; nam quãquam litera hebraica legat, Medicis, græca tamen traductio,quæ tenenda,Lybithinarijs legit, vt Pererius eo loco. Vbi notandus idem; nam cùm nomẽ Medici, impropriè poſitum eo loco doceat,ex eodem poſtea vult colligere,ſeruorum loco apud Ægyptios, eſſe habitos Medicos.

Eſt contra, quod ſuadet; Medico eſſe munus hoc delegandũ; vt enim methodo exequetur,quod quęritur,præſcire neceſſariò oportet,quid putredo; quæ ipſam inducendi vim habent, quæ coercere, arcere. At hæc omnia Medici explorata habent: cæteris incomperta ſunt,& ignota.Quare huius partes erunt curare cadauera.

Quid dicẽdum? diſtinctione poteſt lis iſta facilè dirimi, & rationibus adductis hinc inde, ſatisfieri. Proinde ſciendũ, tria eſſe neceſſaria curando cadaueri. Primum eſt, indagare media apta,& opportuna ſcopo huic conſequendo. Secundum, inuenire materiam remediorum, quæ Medici cenſuere opportuna. Tertium, admouere remedia,& conſulta quæque feſtinãter, & dexterè exequi. Primum do Medicis;nam quamquàm præcipuus eorum ſcopus ſit, proſperam ſanitatẽ tueri,emẽdare aduerſam: nihil tamen vetat, quin ſecundariò, huc quoque manũ extendant; nam ſi ad Medicum pertinet, quamdiù corpus incolume viuit, ſeruare; & tueri; cur non eiuſdẽ partes fuerint, vbi extinctum fuerit,ſeruare à putredine,

dine, nec permittere, vt diuini Architecti nobiliſſimum opus, viliſſimi fiat eſca vermiculi? habet enim pars iſta ſummam affinitatem, cùm ea, quę præeſt ſanitati tuendæ; quare cùm in priori inſudent Medici, eſt rationi conſonum, vt in hac quoque adlaborent. Secundum quod libithinaris antiqui dabant, dandum hodie aromatarijs. Tertium quod antiquitus Pollinctores præſtabant, concedendum Chyrurgis. Ita eſſe diſtribuenda hæc munera, probarem facilè, ni luce meridiana id eſſet clarius. Quare, ne faculam ſoli, me mutuare, quis dicat, & in rebus, cuique compertis, tempus inutiliter terere, nihil aliud addam.

Dicendorum ordo, & operis totius Typus. *Cap. 5.*

QVanti ſint momenti in diſciplinis, ſeù diſcendis, ſeù docendis ordo, nullus eſt, vel parùm in aliqua facultate verſatus, quin expertus fuerit. Neque aliquis eſt pectore tã immiti, & aſpero, quin ordinatis motibus oblectetur. Argumento ſint pueri, qui vix dùm nati, modulis permulcentur. Quid pueros ſpectandos moneo? omnes delinimur numeris, qui ratum, ordinatumq; modum componendi habeant. Vnde cùm ordinatè laboramus, comedimus, bibimus, naturam, vireſq; noſtras ſeruamus augemus: inordinatis motibus malè afficimur. Notauit quoque Ariſt. in probl. viam ignotam longiorem videri. Ne itaq; per ignota procedentibus, diſputatio iſta longior videatur, aut ob defectum ordinis obſcura: operepretium me facturum putaui, ſi anteaquàm propoſitum aggrediar, & agenda, & ordinem agendorum proponam.

Eſt animus integrum conſeruare cadauer; non itaq; debet comburi, ſed humari: non in propria domo, quemadmodum Ægyptij conſueuerunt, ſed extra, & eo in loco, qui minimè omnium ſit putredini expoſitus, vt quantum fieri poteſt temporum contranitatur iniurijs. Nec tantùm conſeruare eſt animus, ſed illud quoq; in votis, ne incutiat deformitate horrorem. Ergo componendum primo eſt illud, deinde efferendum. Vbi elatum ad locum ſepulturæ fuerit, ſuſcipiemus curandum. Habebit itaque hæc tractatio tres partes. In prima agemus de Compoſitione cadaueris. In ſecunda de elatione. Continebit tertia curationem eiuſdem. In compoſitione tria cõſiderabimus, an os, oculiq; claudendi, quo pacto partes ſingulæ componi debeant: an lauandum, vngendum. Et quoniam id primum facere Antiqui conſueuerant, oſculari nimirum defunctos, hoc quoq; examinabimus. Compoſito

poſito cadauere, de elatione, mox eſſet agendum; neq; enim alius eſſe debet ordo doctrinæ à naturæ ordine, præſertim, cùm facilitas non ſuadeat mutare: Verumtamen, quia Ægyptij domi condebant cadauera, vrebant alij, propterea cogemur duas diſputationes interponere: altera erit, an ſint humanda cadauera, an vrenda: ſecunda erit de loco ſepulturæ. Et quoniam monſtratur extra domum, & vrbem eſſe humanda cadauera, idcircò de elatione dicemus. Dicemus autem tria. Conſiderabimus primũ quæ & quot perſonæ ad efferendum conuenire debeant. Videbimus ſecundo, quomodo ſit efferendus Defunctus: vt an veſtitus, an expoſitus, an ſandapila. Tempus tertio elationis perpendemus, vt an noctu, an die, an ſtatim à morte, an poſt ſeptimum diem. Deductum ad locum curare docebimus, hoc eſt vindicare, quantum fieri poteſt à putredine, quod quia conſequi nullatenus licet, ni conſtet primum, quæ natura putredinis, quæ cauſæ illam inferendi vim habeant, quæ coercendi, compeſcendi, arcendi; hoc primum attingemus, deinde accingemur nos operi, cuius gratia cuncta alia præmiſimus.

Sint ne fato functi oſculandi. Cap. 6.

POſtquam monſtratum ſupra à nobis eſt, non eſſe modo aliquo abijcienda cadauera, ſed quantum fieri poteſt, diligenter à Medico curãda, eſt nũc conſequẽs, propoſitum aggredi. Tradenda itaq; methodus conſeruandi cadauera, & componendi; neque enim ſtudendum tantum eſt, ne mox extincta putreſcant, ſed ne deformia appareant; Quoniam verò apud omnes vſus inoleuit oſculandi Defunctos; propter hanc rationem, ne quis ob oſcitantiam, id à nobis omiſſum ſuſpicetur, an ſint defuncti oſculandi, examinabimus primum.

Oſculabantur Hebræi, Romani, & cùm priſci, tùm noſtri temporis Chriſtiani. Conſtat primum ex cap. 50. Gen. *Nam mortuo Iacob, ruit Ioſeph ſuper faciem patris, flens, & deoſculans eum.* De Romanis mox idem monſtrabitur; nàm quod noſtri idem faciant, ſi quis eſt, qui ignoret, hunc certè neceſsè eſt, in rerum plane omnium ignoratione verſari: alia tamen cauſa, vt id facerent, impulit Romanos, alia Hebræos, nec non Chriſtianos. Oſculabantur Romani, nedum mortuos, ſed morti iàm proximos, vt exciperent animam ad labra accurrentem; putabant enim per os, tamquam per patulam quãdam ianuam euolare; hinc

Cicero

Act.7. Cicero notat Verrem, *quod miſeras matres ad oſtium carceris pernoctantes ab extremo liberorum complexu excluſiſſet, cùm nil aliud optarent, niſi vt filiorum extremum ſpiritum, excipere liceret*. Optabant hoc autem, quia morientibus gratum, vt patet ex illo Ouidij.

Soſpite te ſaltem moriar, tu mea condas
Lumina, & excipias hanc animam ore pio. & illo
Non animam appoſito fugientem excepit hiatu.

quem morem imitatus Taſſus, ſic inducit Herminiã loquentem, cùm Tancredo in mortis confinio poſito, occurriſſet.

Taſſ. lib. 19. c. 109.

Pietoſa bocca, che ſoleui in vita
Conſolar il mio duol con tue parole:
Lecito ſia, ch'anzi la tua partita,
D'alcun tuo caro bacio, me conſoli;
E forſe all'hor, s'era à cercarlo ardita,
Quel daui tu, c'hora conuien, ch'io inuoli,
Lecito ſia, c'hora ti ſtringa, e poi
Verſi lo ſpirto mio fra' labri tuoi. & lib. 2. c. 35.
Et ò mia morte auenturoſa, à pieno,
O fortunati miei dolci martiri;
S'impetrerò, che gionto, ſeno à ſeno,
L'anima mia nella tua bocca ſpiri.

Fuit, & alia huius moris cauſa; nàm ſi ad colligendum ſpiritum exhalantem dùmtaxat, id feciſſent, moribundos dumtaxat eſſent oſculati: at conſtat hoc factum, non tantùm in mortis confinio, ſed & ponendis in rogum dabant oſcula, vt patet ex illo Tibulli, l. 1. eleg.

Flebis, & arſuro poſitum me Delia lecto
Triſtibus, & lacrimis, oſcula mixta dabis.

Quare alia afferenda cauſa eſt, quam eſſe illam reor, vt ſcilicet moribundis, quaſi diſceſſuris, darent veniam; ſolebant enim Romani peregrè proſecturos, & qui Vrbem repeterent oſculo excipere, dimittereq;. Vnde notat Neronem Tranquill. *quod neq; adueniẽs, neq; proficiſcens, quemquam impertiuerit oſculo, ac ne reſalutarit quidem*: & in laudatione Traiani Plin. *Gratum erat cunctis, quod Senatum oſculo exciperes, ſicut dimiſſus oſculo fueras*. Quia ergo ijſdem mors quædam peragratio eſt habita; vnde mortem, abitionem dicebant, & illud frequens in tumulis, abijt, non obijt; quemadmodum peregrè abeuntes; ſic mortuos oſculo dimittendos putabant.

Vide Rhodig. lib. 4. lect. antiq. cap. 3. & Lipſ. 2. elect. c. 6.

Ob eamdem cauſam fecere id Hebræi, nec non Chriſtiani, nam quod ad colligendũ prodeuntem è corpore ſpiritum, nequaquam id præſtiterint, clarum; ſiquidem erat illud ijs exploratum, animam eſſe cuiuſuis materiæ expertem;

&

& illud ridiculum, per os, tamquam per ianuam exire. Contra verò certum eſt, conſueuiſſe eoſdem, & diſceſſuros oſculo dimittere, & redeuntes, occurſantesq; ſeù amicos, ſeu cognatos excipere oſculo. Conſtat primum ex cap. 1. Ruth, & cap. 20. Act. Apoſtol. verſ. 37. ſecūdū ex c. 18. Exod. verſ. 7. cap. 4. verſ. 27. Gen. 9. verſ. 13. & aliȷs multis locis. Hinc Iudas proditurus Ieſum, *tradidit hoc ſignum dicens, quē-cumque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum*; Nempè ſeceſſerat Iudas: rediens itaque, Ieſum erat oſculaturus: proinde dixit, quemcumq; oſculatus fuero ipſe eſt, tenete eum; quia occurrentes oſculo ſalutabant: & Chriſtus de negato ſibi oſculo conqueſtus eſt cum Simone. Eſt pariter certum Chriſtianos eadem cauſa impulſos, vt id facerent; ne tamen gratis id dictum reprehendat aliquis, adducam ad hoc cōprobandum luculentiſſimum teſtimonium Gretſerij, *Habeo* inquit, *tractatum manuſcriptum de primatu Pontificis, in quo hæc reperi. Cùm Græci ad mortuum ſepeliendum conuenirent, amici, & cognati accedentes, oſculum præſtant ſinguli, tamquam licentiam accepturi, & hæc verba adÿciebant. Vade, cum natura nos vocauerit, ſequemur te.*

Luc. c. 7.

Lib. 1. de ſun. Chriſtian.

Oſculatos puto ſecundo teſtandi amoris gratia; fuit enim oſculum, tum apud Hebræos, cùm Chriſtianos amoris ſimbolum. Hinc ſponſa, *Oſculetur me*, inquit *oſculo oris ſui*: & in ſacrorum celebratione mutuò olim Chriſtiani hanc ob cauſam ſeſe oſculabantur; deinde ob abuſum, qui irrepſerat, non ſolùm ſeparatim viri, & mulieres, oſculum vſurpabant, ſed omninò deſitum hoc fieri, eiuſque loco picta tabella ad oſculandum propoſita, ne in Eccleſia charitatis hoc ſimbolum obliteraretur. Præterea volens D. Hieronymus extollere amorem, quo Virgo Euſtochium matrem proſequebatur, *quaſi* inquit *ablactata ſuper matrē ſuam abſtrahi à parente non poterat, deoſculari oculos, hærere vultui, totum corpus complexari, & ſe cum matre velle ſepeliri.*

Baron. tomo 1. anni Chriſti 45. n. 23.

In epitha ph. Pauli.

Quæcumque tamen cauſa priſcos illos induxit, vt id facerēt, ſatiùs eſſe arbitror oſculis parcere; nàm mortuo, nullius iàm vſus: Mox morituros ſin minus perturbant, leuare certè non poterunt; certò deoſculantes offendunt; nàm à mortuis, vel in mortis confinio poſitis, non niſi tetri halitus perſpirant: at hi ſunt certo exitio inſpirantibus, inſpirabunt autem exoſculantes, nam à facie, ore, & oculis magna fit euaporatio. Nec mortui itaque nec mox morituri oſculandi. An pietatis ergo expediat pedes viri ſanctitatem clari oſculari, non eſt inſtituti præſentis indagare.

An

An claudendi ijs oculi, os, partes demum omnes componenda. *Cap. 7.*

ATtolluntur morientibus oculi, ducit eoſdem ſurſum coiens; deprimit dormiēs non abſq; philoſophorum ſtupore. Propterea quæſiuit Ariſtoteles 4. ſect. probl. 1. *Propter quid coiens, & moriens ſurſum ducit oculos, dormiens verò deprimit*; ſummo enim voluptatis æſtro percellūtur coeūtes; ſummis anguntur doloribus morientes. Eſt morti præterea ſimillimus ſomnus; cur ergo à contrarijs cauſis affectus ſimiles; ab effectibus ſimilibus, & propè ijſdem elatio, & depreſſio oculorum? Nam in morte attolluntur; in ſomno, qui morti ſimillimus deprimuntur.

Putauit primum fieri Ariſtoteles, quia in morte, & coitu ſurſum fertur ſpiritus: ſurſum autem elatus, & in oculos impetens, ſurſum illos ducit. Nec opinandum aliter, quod in coitu, ad intimas partes ſpiritus videantur accurrere; nàm quamquam in exordio, & eius progreſſu, ſpiritus intrò ad partes genitales trahantur: ad cor tamquàm ad arcem conuocentur in morbis vbi tamen coitus ad finem properat, ad mortem morbus, à partibus internis ad extimas, & propriè ad eas, quæ ſurſum ſunt poſitæ, vt leuium eſt natura, feruntur. Feruntur autem, quia intus haud proprio impetu, & ſuaptè ſpontè adcurrerant, ſed attracti ab anima, ad varios vſus explendos detinebantur: ceſſante itaque hoc vſu, aut non valente amplius anima retinere, à propria forma mouebuntur: quare ſurſum, nam igneæ ſunt, & aereæ naturæ. Cæterum quod pertinet ad aliam problematis partem, quia anima ſpiritus intrò conuocat per ſomnum, hinc deprimuntur oculi, & clauduntur in ſomno.

Eſt tamē, quod adhuc ſcrupulum facit, & difficultatem: nàm oculorum clauſio, haud fit ex ſolo ſpirituum defectu, alioquin non appareret album oculorum in debilibus, nàm clauderentur omninò palpebræ. Præterea palpebrarum conſtrictio eſt motus; à facultate ergo fiet; non itaque ex ſpirituum defectu, & contractione. Vnde neque illud, quod ſubdit tollit difficultatem; *Clauduntur verò propterea oculi, quia humiditas deficit.*

Eſt & in cauſa eleuationis, quod adhuc quæras, nàm quāquam elatio ſpirituum potis ſit attollere oculos, præſertim ſi moueantur cum impetu: hoc ipſum tamen dignum eſt, quod quæratur, cur ſcilicet ſpiritus à genitalibus partibus in coitu, à corde in morte, reſiliant ad oculos.

At prima difficultas facilè tollitur, ſi dicamus, haud putaſſe

taſſe Ariſtotelem à ſola ſpirituum cõtractione, oculos ſubmitti, & deprimi, ſed ab hac tamquam à cauſa occaſionali, à facultate, tamquam à præcipuo autore; nam deſtituta ſpiritibus, & iucundum, & neceſſarium cenſet, oculos claudere.

Secunda non ita facilè poteſt explicari, ni dicamus, ad oculos potiſſimum accurrere ſpiritus, & à corde reſilire, quia ad oculos conſueti ſunt accurrere; & quoniam magna eſt inter cor, & oculos conſenſio, nec minor cũm genitalibus: vnde videmus à multo coitu, oculos potiſſimũm lœdi.

Sed quacumq; fiat ex cauſa, effectus eſt certus, longaque annorum ſerie con probatus Propterea videndum, an claudere os, & oculos expediat, tûm mortuis, cum mox morituris, & membra quoq; componere.

Putarunt ferè gentes omnes, ac primũ Hebræi, vnde c. 46. Geneſ. timente Iacob, ne antequam ad Ægyptum perueniret, itineris longitudine fatigatus, diem ſuum obiret, hæc illi Dominus, vt hunc metum exanimo deponeret. *Ioſeph quoque ponet manus ſuper oculos tuos*: & quamquam non legatur hoc factum cap. 50. factum tamen fuiſſe, eſto ſilentio illud inuoluerit ſacra ſcriptura, conſtans eſt omnium DD. opinio. Obſeruarunt Romani. Plin. lib. 2. cap. 37. *Morientibus oculos operire, rurſuſq; in rogo patefacere, Quiritum magno ritu ſacrum eſt: ita more condito, vt neque ab homine, ſupremum eos ſpectari fas ſit, & cælo non oſtendi nefas.*

Et à dilectiſſimis, mortuoque coniunctis factum legimus; hinc Penelope his nititur ſuum Vlyxem reuocare.

Reſpice Laertem, & iàm ſua lumina condas,
Extremum fati ſubſtinet ille diem.

Et Argus quidam læthaliter vulneratus in bello Iulij Cæſaris contra Maſsilium, cũm Patrem ſuũ ætate iam feſſum fortè vidiſſet, hoc ab eo, erga ſe officium expetijt, ergo.

tacito tantũm petit oſcula vultu
Inuitatque Patris, claudenda ad lumina dextram. Luc. lib. 3

Valerius Maximus lib. 7. *fortè inquit, tunc euenit, vt primariæ dignitatis fœmina ſed vltimæ iàm ſenectutis: reddita iàm ratione ciuibus, cur excedere vita deberet, veneno conſumere ſe deſtinauit. Tunc igitur deſuſis Mercurio delibamentis, & inuocato eius nomine, vt ſe placido itinere, in meliorem ſedis infernæ partem cupido hauſtu, mortiferam traxit potionem, ac ſermone ſignificans quiſnam ſubinde partes corporis ſui rigor occuparet, cum iàm viſceribus eum, & cordi imminere eſſet locuta, filiarum manus ad ſupremum opprimendorum oculorum officium aduocauit: noſtros autem, tametſi nouo ſpectaculo ſtupefa-*

Eti erant ſuffuſos tamen lachrymis dimiſit. Iure itaque Euriali mater conquærebatur, quod occiſo filio, non licuiſſet oculos claudere.

Virgil. 9. Eneid.

Nec te tua funera mater
Produxi, preſsiuè oculos, aut vulnera laui.

Meritoq; ſuperſtite filio mori exoptabat Penelopes; quo circa dicebat.

Dÿ precor, hoc iubeant, vt euntibus ordine fatis:
Ille tuos oculos comprimat, ille meos.

Nempè, non parùm mortis acerbitatem leniri exiſtimabant, ſi extremo hoc officio, nequaquam priuarentur. Quamobrem non poſſum videre, cur fuerit lege Mæuia, ſeù Manlia filijs interdictum (habetur illa apud Marcum Varronem) ne oculos parentibus clauderent. Auget, & illud admirationem, quod pium eſſe credat, ſi id facere filij omittant. *In pietate*, inquit *eſt, ne filÿ parentibus luci claro ſugillent*, hoc eſt claudant oculos; nàm quod quidam, per tranſlationem id dictum exiſtimant, ne ſcilicet parentibus maturent mortem, non placet, quia fruſtra adderetur luci claro. Propterea ſuſpicor, nô eſſe illud natis interdictum, ne oculos parentibus clauderent, ſed ne clara luce hoc faciant, iſtud vetitum: ac ſi in tenebris poſitus filius poſſet parenti oculos ſugillare.

Sed quorſum claudendæ feneſtræ, & luce amota officium hoc præſtandum? ne, inquiunt quidam, morientium oculos intuerentur adſtantes. Qui non placent; ſi enim hæc legis cauſa fuiſſet, æquum erat cunctis interdicere illud. Proinde obductum velarium ſuſpicor, vt oſtenderent, non eſſe hoc officium voluntarium, ſed neceſſarium; nam ob eamdem cauſam notat Seruius, auerſos ad accendendum rogum, accedere ſolitos.

Sed quidquid alij in re hac obſeruarint, & quæcumq; fuerit huius legis cauſa, fruſtra puto claudi oculos morientibus: eos citra euidens detrimentum occludi non poſſe. Pars hæc vltima cunctis, ni fallor, comperta; nam quis vſque adeò luſcus eſt, qui nô videat, poſſe hominem ore intempeſtiuè concluſo ſuffocari? nec minus aliud certum ſi perſcrutemur cauſam, qua moti Antiqui, oculos moribundis claudebant. Fuit illud in cauſa huius moris (ni fallor) ne mortui deformes viderentur; nam illud apud eos in laude, uel mortuum, formoſum uideri; hinc Auguſtus, *eo die, qui ſupremus illi illuxit, petito ſpeculo, capillum ſibi comi, ac malas labantes corrigi præcepit*. Et Cæſar ille Dictator, *vt animaduertit, vndiq; ſe ſtrictis pugionibus peti, toga caput obuoluit, ſimul ſiniſtra manu ſinum ad ima crura deduxit, quo honeſtius caderet, & inferiore*

Suet. in vita Auguſti, c. 99. Idē in vita Caſaris, c. 82.

ſeriore

ſeriore corporis parte vulnerata.

Plutar. in eius vita.

Pompeius quoq; , *vbi vndique gladijs aduertit premi, vtraque manu toga ſuper frontem obducta, nihil ſe ipſo indignum, aut eſt loquutus aut fecit.* Quid Cleopatram commemorem? quæ cum duxiſſet ſatius honeſtè mori, quam turpiter viuere,

Gal. c. 6. lib. de theriaca, ad Piſon.

manu dextera capiti admota, quo diadema teneret, vt veriſimile eſt, perijt. Et Lucretia.

Ouidius 2. Faſt.

Tunc quoque iàm moriens, ne nõ procumbat honeſtè
Reſpicit: hæc etiam cura cadentis erit.

Et 13. metamor. de eadem loquens ait,

Tunc quoque cura fuit, partes velare pudendas,
Cum caderet, caſtique decus ſeruare pudoris.

Baron. tomo 3. ex Ambroſ.

Idem noſtris quoque decorũ; vnde cum mori decreuiſſet Pelagia, vt deflorationis periculum effugeret, matris in gremio fertur ornaſſe caput, & nuptialem veſtem induiſſe.

Magius c. vlt. l. 2. miſcell.

Et Carolus Carafa Cardinalis Pauli IV. Summi Pont. nepos, cum ſibi intra horæ ſpatium, moriendum eſſe à Præfecto ſatellitum nunciaretur, purpureum popoſcit pileum, ſuique ordinis inſignia, quæ tamen, quod iàm exauguratum, Præfectus diceret, impetrare non potuit. Hinc Poeta,

Morte bella parea nel ſuo bel viſo.

Cum ergo vitrei oculi deturpent vultum, hanc ob cauſam antiqui oculos comprimẽdos putarunt: at verò ſi viuentibus comprimas, efflantibus animam, iterũ aperientur. Quare non erunt hi claudendi moriẽtibus, ſed fato iàm functis. Auguſtinus de matre ſua, *Cum animam iam edidiſſet, premebam oculos eius.*

Eodem cùm conducat os claudere, caput directè ſtatuere, pedes reducere, leuare, brachia ad pectus deducere, iſthæc omnia fieri ſuadeo; & ſtatim ac animam efflauit; nam vbi obriguerit, aut flecti nullatenus poterit, aut non poterit, commodè componi. Quam ob cauſam mox dicere aggrediar.

Flexibilitatis, inflexibilitatis natura, cauſæ: curuè mortui ferè omnes rigeant: flectantur alij. Cap. 8.

Mortuorum membra, ni ſtatim componantur, ſic rigere, vt nullo poſſint modo flecti poſtea, certum. Quare & illud omnium ſentẽtia ratum, ſtatim ac quis ſpiritum emiſit, componi debere. Quæ verò huius euentus ſit ratio, quantum obſcura, tantumdẽ ſcitu iucundum. Propterea pedem hìc figere libet, nec vltra progredi, donec comperiatur, præſertim cum huiuſmodi inquiſitio non careat fructu; nam cũ membra defuncti nõ ſemper rigeãt, ſed quandoque quoque verſus flectuntur, ac ſi viuerent: Medicorum intereſt docere, nam hos rogant adſtantes, naturali ne ex cauſa, an diuina

Digitized by Google

illud fiat. Sed cũ aſsequi nullo modo id poſs.t, ni exploratæ anteà habeantur cauſæ huius effectus, præſtabit hoc facere, facto exordio à flexibilitatis, & inflex.bilitatis natura.

Docuit 4.methcor. Ariſt. ea corpora poſse flecti, quorum longitudo in rectitudinem, ex circumferentia, & ex rectitudine in circumferẽtiam transmutari poteſt. Habẽt itaq; corpora flexibilia analogiã quãdam cum mollibus: cum corporibus duris, quæ nequeunt flecti; nã quemadmodũ molle, in ſe ipſum cedens, facilè excipit quamcumque figuram, ſic quæ poſſunt inflecti, & torqueri; nunc enim ſi ſint curua, diriguntur, nunc directa intorquentur: & vt mollia ſunt ſequacia, ſic flex.bilia corpora, facili quodam modo attolluntur, deprimuntur, & ad latus quodcumque mouentur. Contra dura, vt non cedunt, haud ſecus inflexibilia: vnde ſi coneris dirigere, rumpes potius. Videamus proinde à quanam cauſa durities, nam inde facilè cauſas colligemus inflexibil.tatis: vnde & flexibilitatis; nam vno contrariorum expoſito, facilè alterum innoteſcit.

Fit durities, aut nõ eſt aliud, quàm localis quędam præſentia partium cũ reſiſtentia tangenti. Vniuntur interdum hæ partes à frigiditate, quæ cũcta cogit in vnum, & à circumferentia ad centrum deducit, ſe ũ homogeneam, ſiue ætherogeneam illa, naturam habeant; ducuntur eædem aliàs à ficcitate; nam corrumpens illa partes humidiores, ſicciores quæque vniuntur. Agnoſcit tertiò durities, tamquam propriam cauſam, repletionem, vt quotidie Medici in parte tumefacta, & inflata experiuntur. Hæc intuitus Gal. dixit 5. ſimpl. c. 5. tribus ex cauſis poſſe proficiſci duritiem à ſiccitate; nã hanc ob cauſam oſſa dura euadunt, foſsorum manus, cocti lateres, & alia multa. Subdit eamdem fieri à frigiditate concreſcente, vt experimur in aqua concreta in glaciem. Ponit gigni tertiò à repletione; nam extẽta immodicè, nequeunt in ſe ipſa cedere, cùm non detur penetratio corporũ. Hanc ob cauſam repletus ſaccus fit durus, fit dura luſoria pila extẽta flatu, venter noſter in tympaniti, in priapiſmo membrum virile. Ergo & inflexibilitas vel à frigiditate, vel à ſiccitate, vel à repletione. Confirmatur, quia quotquot de cauſis catalepsis egerũt (hoc eſt eius affectionis, qua qui repentè corripitur, in illo permanet habitu, quo eſt correptus, Paulo auctore lib. 8. c. 10. (Rigiditatem vocarunt Latini, Arabes congelationem) ij omnes ad aliquã ex poſitis cõfugerunt. Sic Gal. 2. aphor. comm. 3. à frigida, & ſicca intẽperie fieri autumauit. Paulus lib. 3. c. 10. à frigida, & ſicca materia, in quam trahit Altimarus Galenum: à vapore melancolico Capiuaccus; nam citò ſolet fieri, diſcutique.

Horum

Digitized by Google

Horum inſuper alij à materia fieri catalepſim docēt, quæ intemperiem frigidam inducit, ſiccamue, eaq; ratione ſpiritus, ita torpidos reddit, vt ad neruos accurrere nequeant, vt Matth. degrad. Contēdunt alij ab eadem fieri, replendo, & diſtendendo venas, & arterias primum, deinde conſenſione quadam conſimilem affectionem neruis communicando. Quamobrem quia valet replere, & diſtendere, non tantum melācholicus humor, flatuſq;, ſed pituita, & ſanguis, contendūt catalepſim, nedum à cauſa frigida, & ſicca fieri, ſed pituita, & ſanguine; nam & hi humores valēt replere, & diſtendere: & meo ſenſu rectius; ni enim hoc dicamus, fateri cogemur à frigiditate rigeſcere Catalepticos; at nulla obſeruatur, neque eſſe poteſt; non enim cor patitur in illo affectu, ſed cerebrū, ſpirituſq; vitales liberè parti cuique cōmunicantur. Quare, vt in apoplexia nulla obſeruatur frigiditas, ſic nullam in Catalepticis experimur. Quare nō fiet illa à frigida intemperie, neque à ſicca. Primo, quia affectio haud curatur humectantibus. Secundo, quia non poſſet ita breui fieri. Quidquid tamen de re hac ſentiant quique, nam id præſentis loci non eſt diſcutere, conueniunt, & iure Medici omnes, rigiditatis cauſam, vel eſſe ſiccitatem, vel frigiditatem, vel repletionem. Quare & illud fateri eſt conſequens, vel à frigiditate rigere mortuos, vel à ſiccitate; aut rigent tertio, quia membra flatuoſa ſubſtātia, aut alia materia ſunt diſtenta. Non eſt hoc ſiccitati referendū; nam quo flectatur pars quæq; noſtri corporis, duo requiruntur: Alterum eſt, vt cauitas articulorum ſit expedita, non repleta, aut diſtenta, nam hanc ob cauſam laborantes chyragra, aut podagra, digitos inflectere nequeunt, flectunt contra, & diſtendunt diſſoluta ſubſtantia, quæ replebat. Requiritur ſecundo, vt contenta, aquoſa ſubſtantia in articulis aquoſa ſeruetur, ita vt diffluat atque cedat: hinc vbi concreſcit in tophum, nequeunt digiti modo aliquo flecti. Nunc verò nullam habet replendi vim ſiccitas: ſiccare poſſet muccoſam ſubſtantiam, & in tophum vertere: at non breui, quemadmodum experimur in mortuis. Quare non poteſt à ſiccitate rigiditas mortuorum procedere. Alterutra ergo cauſa, locum habeat neceſsè eſt, aut frigiditas congelans, aut replens ſubſtantia in muſculorum, & artuum cauitate concluſa, aut, quod plerumque accidere obſeruamus, eſt vtrumque in cauſa huius effectus. Et quidem obrigeſcere mortuos à frigiditate, inde apertè deduci poſſe videtur, quia ſuſpenſi, & in vniuerſum ij omnes, qui pereunt ſuffocati, quouſque calent, flectuntur, inflectuntur, & quoquo verſus mouentur: vbi extincto calo-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

re refrixerint,ita rigent,vt flecti amplius nequeant. Quare à frigiditate huiuſmodi effectus. Facit autem hoc frigiditas multifariam. Poteſt primo hoc facere replendo; nam cùm adſtringat frigiditas,eãq; ob cauſam cohibeat cuncta, poſſunt detenta, quæ antea perſpirabant, ſic artuum cauitates replere, vt flecti nequeant. Facit hoc ſecundo congelando aquoſam ſeroſamq; ſubſtantiam quæ in partibus continetur:vnde quemadmodum concreta in articulis pituita, & in tophum conuerſa, tollit omninò flexibilitatem; ſic vbi à multa frigiditate aquoſa materia in artubus contenta gelaſcit,reddit partem illam prorſus inflexibilem.

Habes cauſas Lector cur mortui rigeant. Examinemus modo an hæ cauſæ neceſſariò formam cadaueris conſequantur,an poſſit ſecus contingere, hinc enim deducemus,an mortu quique neceſſariò rigeant, an poſsint quidam flecti, & diſtendi.

Videbitur fortaſſe alicui futurum neceſſariò, vt rigeant defuncti quicumque,nam neceſſariò mortui quiq; frigent: at à frigiditate manat neceſſariò rigiditas.Quare ſi quis flectatur, à ſupernaturali cauſa id fiet.

Cenſeo contra ego poſſe naturaliter fieri, vt quidam flectantur, nam non obrigeſcunt neceſſariò omnes fato ſuo defuncti.Vt verò hoc verum eſſe poſsit facile quiſque intelligere,debet idem memoria repetere, quod & ſi à frigiditate naſcatur rigiditas, non eſt tamen quæcumq; indiſcriminatim potis facere concretionem,ſed immenſa,ſed ſumma. Nunc vero non eſt neceſſarium. vt mortui quique ſummè frigidi euadant. Quare poterunt quidam,non alij obrigeſcere.

Demus ſecundo per mortem æquè frigidos omnes reddi, poſſunt nihilominus quidam naturaliter flecti,obrigeſcere alij; Probatur, nã ad effectus cuiuſq; productionem, plus valet diſpoſitio paſsi, quàm robur agentis; quo circa videmus,nè à materia propoſita recedamus, liquatum plumbum, ceram, adipemuè, ſtatim ac remouentur ab igne, concreſcere, aquam non niſi à frigore intenſo,quia illa maiorem habent ad concretionem aptitudinem: minorem iſta. At poteſt facilè accidere, vt quidam humidiori ſubſtantia ſcateant,per carnes,artus neruoſque diſperſa; terreſtriori alij, abundent: vnde hæc poterit à tanta cadaueris frigiditate concreſcere, non poterit illa.Quare hi flecti naturaliter, obrigeſcere illi. Poteſt tertio contingere,vt nulla in articulis contineatur humida ſubſtantia, vel quia ab immodicè vacuantibus eſt educta, vel quoniam à valida cauſa exiccante eſt exhauſta: at nulla

exi-

Digitized by Google

exiſtente in artuum cauitate ſubſtantia. quæ à frigiditate ſuperueniēte concreſcere poſſit, expediti illi ſunt, & à quauis cauſa impediente liberi. Quare vt ſtatuæ ex ligno efformatæ flecti poſſunt: haud aliter illi. Hæc cogitaui in hac difficultate, à nullo huc vſq; agitata, quæ ſi plauſibilia fuerint, gaudebo non parùm: ſin diſpliceant; rogo, vt amicè corrigant, & veram cauſam afferant; ego enim quæ potui præſtiti, & in gratiam Lectoris beneuoli, artuli.

Poſſit nè naturaliter defunctus, qui obriguit flecti, quod factum produnt in P. Andrea Caſtaldo Theatino. Cap. 9.

COncluſeram his Lector diſputationem propoſitam de flexibilitate, & inflexibilitate mortuorum, neque aliud addendum putaram, nam abſoluiſſe videbar, & proſequutus abundè ea omnia, quæ huic difficultati enodandæ neceſſaria cenſebam: quando en me aliò progredi cogitantem, mirus euentus reuocat, & in ſui contemplationem, nolentem trahit, volentem. Dicam quod res eſt, ne te multis morer. Perijt anno hoc 1629. menſe Maij Andreas Caſtaldus Theatinus, vir certè pietate, omnique genere virtutum clariſſimus: obriguit primum, vt mortuorum mos eſt, & flecti à morte non potuit: poſt aliquot deindè horas, ſic manus brachia, digitiq; cùm manuum, tùm pedum euaſere ſequaces, vt qua parte liberet, facillimè flecterentur: viuere dixiſſes, nam formæ decorem non amiſerat, non pallor faciém, non liuor vngues aut labia deturparat: & quod vix fidem inueniet apud aliquos, frigus corpus nequaquam occuparat: dicam verbo, dormienti ſimillimus quieſcebat. Cœpi proinde vna mecum cogitare, poſſet ne hoc naturaliter cōtingere, ſ. vt quis rigeat primum, deindè flectatur; ac diù de re hac meditatus, in eam veni ſentētiam, non potuiſſe ſolius naturæ viribus iſtud fieri. Deducitur apertè hoc ex dictis: nè tamen in gratiam hæc me ſcribere quis calumnietur, decreui idem pluribus declarare. Fit rigiditas mortuorum, concreta humida, aqueaque ſubſtantia per artus diſperſa. Notum hoc cuique vel parum verſato in phyſicis: in gratiam tamen eorum, qui facultati medicæ nomen non dederunt, aduertere placet, naturam indidiſſe articulis omnibus noſtri corporis, imò & particulæ cuique deſtinatæ motui, aquoſam quandam ſubſtantiam in gratiam motus. Nempè vt curruum rotæ, ni continuo pingui aliqua ſubſtantia vngantur, aquoſa irrorentur, motu igneſcunt, & breui corrumpuntur: ſeruantur contrà, & ad motum prom-

Digitized by Google

ptiores redduntur humectatæ: ſic pars vnaquæque noſtri corporis motui deſtinata, ſi ſiccetur, inepta ad motum euadit. Quamobrem areſacta lingua, nullo modo loqui poſſumus, eadem humectata mox poſſumus. Indidit proindè natura parti cuique, quæ motum aliquem obire debebat, aut pinguem ſubſtantiam, aut humidam, aquoſamque. Ergo articuli omnes hac fuere donati, quando ij omnes ſunt in gratiam motus: eadem imbuta eſt lingua, oculiq;. Hæc quoniam à frigore concreſcit, & frigus cadauer perpetuò comitatur, defuncti ferè omnes rigidi euadunt: ferè inquam, nam cum non quiuis frigiditatis gradus concretioni ſufficiat, neq; omnes defuncti ęquè frigidi per mortem euadant; haud neceſſarium eſt, vt omnes rigidi per mortē reddantur. Vbi tamen à frigore obriguere, vt nulla ferè cauſa potis eſt calefacere cadauere incolumi: ſic neque vlla poterit vmquam facere, vt qui ſemel obriguerit, rigiditatem deponat, & flectatur. Supernaturalem ergo cauſam agnoſcit, à rigiditate flexibilitas.

Dices. Poteſt rigiditas fieri à flatu multo in artubus recepto; vt conuulſio quæ vulgo dicitur granchio, nam ab iiſdem cauſis, à quibus durities, fit rigiditas; ſed poteſt durities fieri à repletione; quarè ab eadem rigiditas. At verò contingere poteſt, vt à morte artus à replente ſubſtantia, ſeù humor ſit, ſeù flatus, diſtēdantur, & poteſt deindè contingere, vt eadem alibi ſeponatur, aut diſcutiatur. Quare poteſt naturaliter aliquis à morte rigeſcere, dein flecti, diſtendi, & in gyrum torqueri.

Arguta certè obiectio, ſed quam facile quiſque inanem inueniet, ſi mente cauſam reuoluat, ob quam mortui rigidi euadunt. Sciendum itaque, quod tametſi rigiditas, ſi in vniuerſum ſpectetur, poſſit ab ijs omnibus cauſis, & propè iiſdem à quibus durities excitari, cum ſit paſſio duritiei congenea, ſi tamen contrahatur ad cauſas facientes rigiditatem cadaueris, non habent illæ omnes perpetuò locum, ſed fit illa continuò, vel à ſiccitate per morbum pręcedentem inducta, quæ humidam ſubſtantiam per artus diſperſam incraſſauit, aut ab eadem humida ſubſtantia ob frigus cadaueris concreta. Hæc ferè ſemper: quam rariſſimè ſiccitas, rarò flatus rigiditatem cadaueri infert. Ergo cum non ſit cauſa, quæ à morte, ſiccitatem facientem rigiditatem remouere poſſit: neque vlla fingi poteſt, quæ inductam frigiditatem, & à frigiditate concretionem, imminuere valeat: non poteſt naturaliter, qui vel ob ſiccitatem, aut frigus obriguit, flecti poſteà, & vbilibet moueri.

Ne tamen vllus dubitationi locus ſuperſit, eia demus à

flatu

flatu diſtendente, & replente obriguiſſe primum Patrem iſtum, mox flexibilem redditum, quia amota eſt ſubſtantia flatuoſa, quæ & tendebat, & diſtendebat. Dic quæſo te rogoque: à quo calore flatus ille diſtendens, in inſenſilem halitum eſt diſſipatus? Cur non & ille diſcuſſus, à quō cæteræ partes obriguerant? An non frigidiores extremæ partes? nonnè denſæ magis? & tamen hę flectebantur, crura non flectebantur. Qua quæſo ratione frigidiores partes flatum potuere diſcutere, non valuerunt aliæ minus frigidæ hoc ipſum præſtare? Qui? potuit flatus per vias, quæ aut nullæ, aut magis imperuiæ exhalare: non potuit idem per crura, per coxas permeare? Certè, ni contendendi magis, quam indagandi veri, ſis auidus, hunc mirum euentum in cauſam naturalem non refeٕres; ſupernaturalem agnoſces. Et quidem ſi diuinando aliquid affirmare licet, crediderim facilè, idcirco brachia extendere, quo nos omnes admoneat, adhuc paratum eſſe eos omnes excipere, qui in ſui ſinum confugiunt. Obriguit primum, vt mortis imperio pareret: vt pareret amori, flecti poſteà cœpit, & diſtendi. Scilicet, nondum eſt extinctus ardor ille charitatis, quo viuēs flagrabat: viget, gliſcit, adhuc æſtuat. Sed quo rapior imprudens, & temerè audeo arcana rimari diuina? Inquirant hæc, quibus altum ſapere eſt datum: inchoatum nos iter proſequamur.

Sint ne conclamandi mortui, Cap. 10.

ANtea quàm huic diſputationi me accingam, monendus primum Lector in veſtibulo eſt, ne ſtatim eam ob cauſam me reprehendat, quod aliena inſeram huic operi, & quæ abſoluendo propoſito, nequaquam conducunt; nam quamquàm, rectè id nouerim, & ingenuè fatear, faciendum tamen neceſſariò duxi; non vt antiquorum de re iſta mores attingam, & in medium proferam; fecerunt id alij abundè, nec ſi laterent in tenebris, noſtræ eſſent partes hæc dilucidare: ſed ne quis ſuſpicetur, aut non vidiſſe nos quædam, aut omiſiſſe turpiter, quæ noſtro propoſito cōducere poterant, idcircò hæc inſero. Nempè non facilè ſibi perſuadet quiſque, aliena eſſe, & abs re, quæ paſſim facere antiqui in funeribus conſuerant. Cœptum proinde peragamus iter.

Conclamabant defunctos antiqui. Id in more apud illos, vel lippis, & tonſoribus notum. Virg. l.b.6. Æneid.

Fit gemitus: tùm membra toro defleta reponunt.

& Anna vbi audiuit ſororem lœthaliter vulneratam conci-diſſe, *Per medios ruit, ac morientem*

rientem nomine clamat. Cur vero conclamarent,& quoties, hoc non ita compertum, nam ſæpius conclamaſſe,nulli dubium. Docet hoc, loco citato Seruius, habet enim *Seruabantur cadauera octo diebus, & calida lauabantur: poſt vltimam conclamationem, comburebantur*. Docet idem Apuleius, nam ſecũdo Mileſior.ſcripſit, *Ecce iam vltimum defletus,atq; cõclamatus præceſſerat mortuus*. Certum eſt, conclamare ſolitos ſimul vt efflaſſet æger animam. Ouid.

Nec mandata dabo,nec cum clamore ſupremo,
Labantes oculos, condet amica manus.

Factum idem ſecundo cùm efferebatur. Idem

Poſtquàm ſe dolor imminuit,mea pectora planxi,
Nec puduit ruptis, exululare comis.
Non aliter, quam ſi nati, pia mater, adempti,
Portet ad extructos, corpus inane, rogos.

An aliàs,non eſt mihi compertum. Tunc temporis conclamare ſolitos, deducitur apertè ex vſu ipſius conclamationis. Conclamabant enim ſi Seruio fides eſt habenda, quo fierent certi, an eſſet infirmus fato functus: enimuerò cùm accidiſſet non ſemel,vt multi, cum adhuc eſſent in viuis, fuiſſent, tamquàm mortui ad ſepulturam elati, excitandum clamoribus cenſuerunt delitescẽtẽ in corporis latibulis ſpiritum. Hinc illud Terentij in Eunucho,

Deſine, iàm conclamatum eſt:

ac ſi diceret, non eſt, cur in re iſta labores amplius, nàm res eſt deſperata. Factum idem putarunt quidam ad detinendam animam fugientem: nàm volens Propertius, ſuum erga Cynthiam amorem attollere, ſe vitam ad diem prorogaturum ſcribit, ea inclamante. Vnde ait,

Vnum impetraſſem, te reuocante diem.

At poetica amplificatio eſt: aut ſi seriò id dictum, idcircò dictũ puta, quia ea inclamante, aperuiſſet oculos, vltimo anima,ad eam intuendam,apponente conatus.Quare,& diẽ vixiſſet: nàm illud tempus viuimus, in quo vigilamus; hoc eſt ſenſuum functiones obimus.Dormientes mortuis magis ſimiles. Vnde Plutarcus. *Viuendi breue tempus homini datum, quoniam ſomnus, veluti publicanus dimidium aufert.*

Et Plinius lib.7.cap.50. *Incertum, ac fragile nimium eſt hoc munus naturæ, quidquid datur nobis: malignum verò, & breue etiam quibus largiſſimè contingit, vniuerſum vtique vitæ tempus intuentibus. Quidquod æſtimatione nocturna quietis, dimidio quiſque ſpatio ſuæ vitæ viuit? pars æqua morti ſimilis exigitur, aut peior, niſi quies contingit.* Hinc Ariſt.1. moral.1. *Nil admodum à cæteris, diuerſi ſiunt dimidio vitæ tempore fælices.* Puto propterea

Digitized by Google

rea ob cauſam à Seruio allatã, cóclamatos antiquitus mortuos. Quare & recenter ægro mortuo conclamaſſe per interualla putandum, & antea quam rogo imponeretur, aut ad ſepeliendum deferretur. Proinde ex dictis infero non eſſe modo aliquo mortuos cõclamandos. non enim dubitare licet, an quouis morbo peremptus ſit extinctus, ſed de caroticis dubia res eſt, apoplecticis, hiſtericis, & ſyncope affectis: quare non erunt ſaltem omnes conclamandi: Nec vbi id explorare neceſſarium erat, erat vſui ad hoc dignoſcendum conclamatio: nàm carotici, & apoplectici vix vſtiones ſentiunt; nec excitantur clamoribus correpti ſyncope. Quare inutile hoc ſignum, nec illi propterea fidendum. Confirmatur nam 6. de loc. aff. exploraturus Galenus, an ſit mortua mulier, hyſterica paſſione detenta, tantùm abeſt, vt huic ſigno tribuerit multum, vt ne meminerit quidem. Non ſunt itaq; modo aliquo mortui conclamandi.

Num deflendi mortui, variæ de re iſta ſententiæ. Cap. 11.

VArij de re iſta mores. Fleuerunt mortuos Hebræi. Nam Abrahamus Saram, Iacobus Ioſephum, Dauid Saulum, & Ionatam, Iſraelitæ Patriarchas. Quid moror? lachrimatus eſt Ieſus in funere Lazzari. Fleuere Stephanum viri timorati, & ſapientis vox eſt, *Fili in mortuum produc to lachrimas, & quaſi dira paſſus incipe plorare.*

Fleuere pariter Græci. Homer. 4. od ys. *Illum; nec enim reprehendere fas eſt,*

Qui fleat hunc, cuius fregerunt ſtamina Parcæ:

Solus honor ſequitur mortales ille miſellos,

Et tondere comam, & lachrimas in funere ſpargi.

Alcęus in Epigram.

Extinctum luget Pilades te Græcia tota,

Ad viuum tonſis crinibus, vſque cutim.

Fleuere eoſdem frequenter Romani. Deflebant primum cum Medici moriturum eſſe prænunciabãt. Ouid. 3. Triſt.

Nec mea conſueto, langueſcent corpora lecto,

Depoſitum nec me, qui fleat ullus erit?

Vbi Iy, Depoſitum, idem ſonat, quod de ſpe poſitum, & deſtitutum; nàm quod ſignificare non poſſit collocatum, patet ex ijs, quæ ſequuntur: ſubdit enim

Nec mandata dabo, nec cùm clamore ſupremo

Labantes oculos condet amica manus.

Quod omninõ ineptè, ſi Iy, depoſitum, ſtaret pro collocato; Quæ enim mandare poterat mortuus, & iàm collocatus? Neque verò nouum, aut inſolitum apud Latinos cùm

P.etas,

Poetas, tùm Oratores, vt deſperatę ſalutis homines dicantur depoſiti, nam Cic. act.3. in Verr. *Itaque* (inquit) *mihi videor magnam, & maximè ægram, & propè depoſitam Reip. partem ſuſcepiſſe*. Seruius quoque exponens locum illum Virgilij.

Ille vt depoſiti proferret fata Parentis.

Exponit, per ly, depoſiti, deſperati; additque eam cauſam, cur ita dicerentur de ſpe ſalutis deiecti; *Nam talis antiquitus fuiſſe traditur conſuetudo, vt qui periculoſo aliquo morbo laborarent, ſic prorſus, vt deſperatum de ijs eſſet ante ædium ſuarum Ianuas collocarentur: vel vt ibi extremũ ſpiritum ederent, vel vt à tranſeuntibus poſſent fortè curari ſi quis aliquando conſimili morbo laboraſſet*. Quem morem reſpexiſſe puto Senecam epiſt.12. dùm ait, *Quis eſt, inquam iſte decrepitus, & meritò ad oſtium admotus*. Fletum ſecundo (mitto conclamationes, de quibus cap. ſuperiori) cum corpus imponebatur rogo. Ter. in And. Sc. j. act.1. *funus interim*

Procedit: ſequimur: ad ſepulchrum venimus

In ignem poſita eſt: fletur.

Tibull. eleg.3. lib.3.

Ante meum veniat longos, incompta capillos,

Et fleat antè meum mœſta Neæra rogum. Ouid.

Tùm iuuenum non dùm facti flevere Quirites,

Vltima plorato ſubdita flamma rogo eſt.

Fuſæ tertiò lachrymæ in oſſilegio, cinerumque collectione. Tibull. eleg.2. lib.3.

Et noſtri memores, lachrymæ fundantur eodem,

Sic ego componi, verſus in oſſa velim.

Nec tantùm propinqui, & amici, deflebant defunctos, ſed mulieres conductæ (Præficæ vocabántur: vel à præfatione ſic dictæ, quia hæ cantum lugubrem ordiebantur; vel quoniam præficiebantur ancillis, & modum plangendi illis dabant, docebantq; quas nænias, & quo pacto canerent. Erat autem nænia, vltimum, quod defunctis cantabatur carmen, anteaquàm cadauer ſepeliretur, quod quia ineptè ſatis compoſitum erat, idcircò nugæ, & ineptiæ, næniæ ſunt dictæ ab antiquis, & mortualia. Plaut. in Aſin. act.4. Sc.1.

Hæ ſunt non nugæ, non enim mortualia.

Inſuper quia & Nutricum cantilenæ ineptæ quædã cantiones ſunt, idcircò Iouianus Pontanus neniæ vocem ad nutritias cantilenas traduxit, & ſi Scaliger lib.1. ſuæ Poet. c.50. id factum cenſeat, quia nutrices Nenas quidam Itali appellant.

Huiuſmodi næniarum nullũ eſt apud antiquos exẽplũ: habui vnũ à Petro Columbo Calabro diſcipulo meo; nam in quibuſdam eius Prouinciæ Oppidis vigere huiuſmodi conſuetudinem fertur. Nænia

eſt

Digitized by Google

eſt in mortem vxorati compoſita.

Vi conuitu à tutti quanti
Mo chiangiti à buei forti,
Et ognunu ſi fà auanti,
Et ſerratimi ſſi porti,
bu, bu, bu.
Vi conuitu li parenti,
Le ſore, e li cugini
Tutti quanti l'autre genti
Aiutatimi à chiangiri,
bu,bu,bu,
Stù Signuri nnamuratu,
Ch'aſſai amaua, e volia beni
La ſua moglie,ch'hauia à latu,
Hora morſe con la freui.
bu,bu,bu.
Staua à lettu riſpettuſu
La ſua moglie taliandu,
Staua tutto penſeruſu,
Notte, e iornu ſuſpirandu.
bu,bu,bu.
Non penſaua ad autu poſti
Per lu beni, che bolia,
Non potiua ſtare ſpoſti
La ſua amanti richidia.
bu, bu, bu.
E la morti ci tirau
Con la ſua fauci taglienti,
E la vita ci liuau,
Dormi, e chiu non dici nenti.
bu, bu, bu.
Non la vidi la tua ſpuſa
Che ſi ſcippa li capilli
Tutta quanta lacrimuſa
Non ci parli à li toi figli,
bu, bu, bu.
Li voliui tantu beni,
E li laſci, vnde vai,
Et non dici, quando veni,
O Signuri, come ſtai.
bu, bu, bu.
Aiutatimi à chiangiri
Stu Signuri, che ſi parti,
Vnde poi vorria ſapiri
Comu, comu ne laſſaſti.
bu, bu, bu.
Et mouitilu, e chiamati,
Non riſpundi, e non ſi ſenti,
Comu ſtati care frati,
E bui non biditi nenti,
bu, bu, bu.
Le ſuie ſori, e li figlioli,
La muglieri, e l'autre genti
Lo chiangiuano di cori
Ilu è mortu, e non ſi ſenti.
bu,bu,bu.
Si partiu da queſta vita,
Stu ſtendardu triunfali,
E finuta queſta impriſa,
E ſe è iutu à ripuſari,
bu,bu,bu.
Vndi ſu li ſui bellizzi,
Le ſue tanti gagliardie,
Vnde ſu le ſue prodizzi,
Dimmi commo le perdiu,
bu,bu,bu.
Io ti pregu non mo parti
Mo ti reſti, mi conſuoli
La tua amanti, che laſſaſti,
Et ancora li figlioli,
A tua matri la meſchina,
A tu patri lu tapinu
Roſa friſca leſciandrina,
Ch'è nore d'vn giardinu.
bu, bu, bu.
Io non pozzu chiu chiangiri,
Però vogliu ripuſari,
Et intendu li parrini,
Che lu veninu a pigliari.
bu,bu,bu.
Curri ſpuſa, e no ceſſari
Di chiangiri lu tu ſpuſu
Lu tu nuri voglio fari
Auanti che cala iuſu.
bu, bu, bu.
Si pigliao lo ſtendardu
Reſtau vintu lo caſtellu
No vedut ch'eſci tardu,

Ognun

Ognun ſcinda bellu bellu.
bu, bu, bu.
Aiutila tu ſori mia,
Et patientia vui baiati,
E di tutti queſta via,
Et però non vi turbati.
bu, bu, bu.

Aliud, & longè diuerſum Thracibus, Cœſis, & Exedonis placuit; natales enim hominum flebiliter, exequias hilariter celebrant. Nec gauiſi ſunt alij, nec triſtati; tres enim extulit G. Domitius vxores minimè plorans: & Anaxagoras morte filij audita, nihil turbatus reſpondit, *ſciebam me non mortalem genuiſſe*. Habes lector aliorum de re iſta ſententias noſtra modo in medium proferenda; vt tamen certis nixa principijs procedat, inquirendus primum fletus vſus, hinc enim an ſint deflendi mortui intelligemus; quoniam verò nec fletus vſus innoteſcere poteſt, ni exploretur quoque ipſius natura, hinc ordiemur.

Valer. Maxim. lib. 2. ſc. 6 Herodot. lib. 5. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 2. Plut. de vtil. cap. ab inimicis. Valer. max. lib. 5. c. x.

Fletus natura, cauſa, vſus. Cap. 12.

Eſt fletus lachrimarum effuſio. Eſt lachryma ſeroſus quidã humor, & aqueus, ex oculis manans, in ſignum conceptæ triſtitiæ: quare erit fletus feroſi cuiuſdam humoris, & aquei effuſio per oculos, in ſignum conceptæ mœſtitiæ. Seroſum humorem, & aqueum ex oculis manantem, eſſe lachrymam, eſt vſque adeò notum, vt probatione aliqua nõ indigeat. Itaque differet à ſudore, & vrina, quia ſudor per cutim, per veſicam vrina, per oculorũ angulos lachryma expurgatur. Quare eleganter quidam, & verè, lachrymã oculorum ſudorem appellauit; enimuerò conſpecta ſuper genas lachrymula, non poſſumus modo aliquo noſcere, ſudor ne illa ſit, an ex oculo prodierit. An verò ſint ſignum mœſtitiæ, hoc fortaſſe, non ita compertum; nam quãquàm mærentes ſoleant vbertim demittere lachrymas quare, & flere; ſolemus tamen non rarò ſummo in gaudio poſiti effundere lachrymas: & aliàs lachrimare ſolemus, præſertim verò mulieres, citra aliquod animi pathema, ſed pro arbitrio voluntatis, & quoniam ſcere volumus; vnde diuiduntur lachrimæ in voluntarias, & non voluntarias, & Ouid. de mulieribus.

Quo non ars penetrat? diſcunt lachrymare decenter:
Quoque volunt, plorant tempore, quoque modo.

Quare non erit in vniuerſum lachryma ſeroſus quidam humor, & aqueus in ſignum conceptæ triſtitiæ emiſſus, ſed erit quandoque gaudij interni ſignum.

Confirmatur, nam auctore Ariſt: eſt quædam in lachrymis voluptas: Homerus. *1. Rhet. c. de iucund.*

Sic ait, & cunctis flendi eſt exorta cupido.

Neque

Neque ratio aliud ſuadet; nam cum flemus, compreſſa, & in anguſtum reddita per triſtitiam præcordia, dilatantur, & ad ſtatum naturalem reducuntur: à reditu autem ad ſtatum naturalem voluptas.

Secundo, ſunt lachrymæ miſericordiæ indices, atque illices: flendo itaque ſperamus, aut alios in noſtri commiſerationem adducere, aut indicare, nos amicorum, cognatorũq; miſerijs cõmoueri; Quamobrẽ cùm conducat vtrumq; facere, gaudemus flentes, cum vtrumque, aut alterutrum præſtemus.

Gaudemus tertio, quia interdum flemus, vel amicos amiſſos, aut cognatos exemptos: Carorum autem memoria iucunda.

Gaudere quarto poſſumus, quia aut cerebrũ multò preſſum humidioris ſubſtãtię onere leuatur, aut cor tetris halitibus expurgatur. Quare non ſemper ſunt lachrymæ conceptæ triſtitiæ argumentum.

Eſſe tamen declarat primũ lachrymarum nomen; ita enim dictam produnt omnes, quia ex animi laceratione ortum habet. Probatur idem ſecundo, quia lachryma à fletu, non aliter differt, ac à motu terminus; eſt enim lachryma fletus terminus, fletus cõtra motus quidã ad lachrymas ciendas. At fletus à triſtitia fit, & in ſignum triſtitiæ. Quare veræ lachrymæ, cum ſint fletus aſſeclæ, erunt veræ lachrymæ conceptæ triſtitiæ argumentum.

Neque oportet aliter opinari ob rationes adductas. Si quis enim exactè illas examinet, & perpendat, intelliget ſtatim quamquàm lachrymæ fiant à triſtitia, & auerſandas eſſe hanc ob cauſam, habere nihilominus aliquem vſum, quia leuant cor plerumque, interdum cerebrum: à gaudio veras lachrymas elici nõ probant. Partim ergo conuenit cùm mærore planctu, & luctu fletus, partim eſt diuerſus; mœremus, flemus, plangimus, & lugemus, quia triſtes, ſed mœrentes cum ſilentio dolemus, cum lachrymis flemus, cum voce ploramus, cum lamentis, plãgimus, & querulis vocibus, cũ habitus mutatione lugemus. Cumque triſtitia fiat à phantaſia mali, à phantaſia mali lachrymæ elicientur: non tamen quæcumque, ſed vera; nam ficta, fictas lachrymas elicit: & impræmeditata; nàm cũ præmeditatio malorum venientium aduentum leniat, feruntur mala cuncta leniùs, quæ è longinquo videmus. Quare non valebunt tantam inferre triſtitiam, quæ lachrymas eliciat. Hinc ille, morte filij audita; ne ingemuit quidem; ſciebam enim inquit, me hominẽ genuiſſe mortalẽ. Nempè vt ſcripſit Seneca, *illis grauis eſt fortuna, quibus eſt repentina. Facilè eam ſubſtinet, qui ſemper expectat; nàm, & hoſtium* *c. 5. lib. de conſolat. ad Heluidiam.*

aduen-

aduentus eos proſternit, quos inopinatè occupauit; at qui futuro ſe bellò antè bellum parauerunt compoſiti, & aptati, primum qui tumultuoſiſsimus eſt, iſtum facilè excipiunt. Propterea Prudentes, quia mala futura proſpiciunt, aut rarò lachrimantur, aut numquàm, ſed vt dixit ille, *impauidum feriunt ruinæ*; ideoq; præuiſa iacula minus feriunt, ſ. quia improuiſi mali phantaſia inducit fletum. Non tamen maximi; nam ab hoc, vel exoluimur, vel obſtupeſcimus. Sic obſtupuit pater ille, qui filio occurrit, dum à Tyrãno ad ſupplicium duceretur. Et ſocios Pompeij legimus cũ vidiſſent illum confoſſum vulneribus, acerbo illo ſpectaculo commotos, de fuga dumtaxat cogitaſſe; vbi poſtea ad Tyrum peruenere, tùm afflictari, & lachrimari cœpiſſe. Rectè propterea ſtatuere Poetæ, ne tragediæ materia ſit nimis terribilis; nam hæc ſtuporem, non miſerationem eſt apta mouere. Elicit autem illas phantaſia quæuis, ſeu ſit præſentis obiecti, ſeũ præteriti, ſeũ futuri; nam iucũda, quibus triſtia opponuntur directè, cum triplicia ſint, in re, & præſentia, in ſpe, & futura, & præterita: illa omnia ſenſus voluptate demulcent, vt primo Rethor. ij. cur triſtia, non cõtriſtabunt? equidem mala futura incutiunt timorem; at hic eliciendarum lachrymarũ vim habet. Quare poterunt triſtia futura eſſe in cauſa fletus. Poterunt quoquẽ præterita, vnde 2. Æne.d.

Plutarc. in vita Pompeij.

quis talia fando
Myrmidonum, Dolopumuè, aut duri miles Vliſsis,
Temperet à lachrymis?

Nec putandum eſt aliter, quia ſuauis eſt laborum præteritorum memoria. Vnde Homer. Odiſs. 13.

Nàm iuuat inſanos hominem meminiſſe labores
Quos tulit, infeſtis, fortuna caſibus actus;

Et Virgil. 2. Æneid.

Forſan, & hæc olim meminiſſe iuuabit;

Traditq; rationem Phil. 1. Rethoric. ij. quia iucundũ eſt nihil habere mali; nam præterita mala ſunt duplicia; alia ita præteriere, vt numquam alias reditura timeantur: contra alia, quamquam ſint præterita, timemus nihilominus ne redeant: priorum memoria eſt iucunda: poſteriora commiſci, tantùm abeſt, vt poſſit delectare, vt eorum memoria continuò triſtitiam inferat. Cur vero patiente corde in triſtitia, erumpant per oculos lachrymæ, & cordis patientis notæ appareant in oculis ſumma oculorum, & cordis conſenſio in cauſa eſt: conſenſionis finis, & vſus ille, vt vel hac cauſa temperarent ſe homines à criminibus, & facinoribus: ſiquidem difficile eſt, quantumuis illa occultentur corde, vultu eadem non prodere. Quomodo autem à triſtitia lachrymæ poſſint elici, hoc incom-

Digitized by Google

incompertum, abſtruſum, & vt ille dixit hic Rhodus, hic ſaltus; quia verò ad huius difficultatis deciſionem conducit multum ſcire, an humor ille ſeroſus, & aqueus, qui proximè ex angulis oculorum emanat, ibidem gignatur, an alibi genitus, vt in corde, vel cerebro, expurgetur per oculos, id primum declaremus, cap. tamen ſequenti, nec hoc prolixitate faſtidium pariat.

Abſoluitur diſputatio de lachrymis, & ad principalis difficultatis deciſionem via ſternitur. Cap. 13.

QVod pertinet ad primũ, continetur proxima lachrymarum materia in oculis, mittitur alia à cerebro, & corde: conſtat primum ex multis coniecturis. Prima, ſumitur à lachrimali caruncula, quæ nulla eſſet, ſi nulla eſſet ſeroſa ſubſtantia detinenda, ne continuo affluxu lachrymarum homo laboraret. Conſtat idem 2. ex naturæ inſtituto. Eſt autem illud, vt in quacumque parte, quæ multũ mouetur, multum aqueæ ſubſtantiæ apponat, ne à perenni motu plus iuſto calfacta, igneſceret. Propterea multa aqua obſeruatur in pericardio, multa in membranis ſubcingentibus coſtas, multa in faucibus, propè linguam ſubſtantia humida, nec pauca in articulis. Quare cum tot motus habeat oculus, cur non credemus, naturam de ipſius tutela ſollicitam, magnam copiam aquoſæ ſubſtantiæ ad humectationem indidiſſe, & facilem motum? Dans tertio rationem, Gal. com. 3. primi Progn. cur ſunt exitioſæ inuoluntariæ lachrymæ (vocantur autem inuoluntariæ à Medicis, quæ fiunt, nullo vitio in oculis exiſtente, non ab immodica cerebri humiditate, non à cauſa aliqua externa, vt fumo, cępis, curſu equorum, vini potatione, paſſionibus animi) quia inquit, inditium eſt contentricē virtutem oculorum, eſſe vſque adeò languidam, & ferè extinctam, vt lachrymulam continere non valeat. Videmus quarto multos, audito triſti nuntio, ſtatim lachrymas effundere: lachrimari mulieres, quoties volunt. Martialis de Galla quadam

Amiſſum non flet, cum ſola eſt Galla maritum:
Si quis adeſt, iuſſæ proſiliunt lachrymæ.
Non benè flet quiſquis laudari Gellia quærit
Ille dolet verè, qui ſine teſte dolet.

At non poſſet hoc fieri, ſi è corde cōtinuò lachrymæ prouenirent, aut cerebro. Quare autumandum proximam lachrymarum materiã, ex oculorum angulis manare, & ibidem gigni: non tamen omnis: nã multa ſuppeditatur à corde, multa à cerebro. De cerebro conſtat inde, quia haben-

tes illud humidum lachrimantur facilè, vt oſtendunt mulieres, & pueri. Propterea monēt multi, & benè, permittendum eſſe pueris, vt lachrymentur, non ſolùm ob cauſam ab Ariſtotele adductā, quia contentiones, quæ in fletu fiunt, ad corpus roborandum, non parùm conducunt, ſed quoniam exhauritur immodica humiditas cerebri. Manare è corde multam, & elatos inde vapores ad oculos, & in aquā concretos, vberem lachrymis ſuppeditare materiam, conſtat primum, quia vulgò dici ſolet quaſdam lachrymas veras eſſe, & è corde manare. Conſtat idem ſecundo, quia multùm mœrentes, fletu, & lachrymis mirum in modum ſubleuantur Ariſt. 3. Reth. c. 11. quin etiā in luctibus, & lamentationibus quædam voluptas innaſcitur. Ouid. Epiſt.

7. Polit. 15.

1. Rhet. 11.

Flere licet certè, flendo diffundimus iram.

Et 4. Triſt. eleg. 3.

eſt quadam flere voluptas
Expletur lachrymis, egeriturq; dolor.

Nempè vt ait Diuus Chriſoſtom. *quemadmodum poſt vehementes imbres mundus aer, ac purus efficitur: haud ſecus poſt lachrymarum pluuias, ſerenitas mentis ſequitur, & tranquillitas.* Præterea eſt lachrima veluti ſudor oculorum; vnde inſperſæ ſuper genas guttulæ, non poſſunt diſtingui, an ſint lachrymæ, & ex oculis, an ex cute prodierint: eodem itaq; modo producuntur, quemadmodum ſudor. Quare, cùm hic gignatur, quandoque attenuatis vi caloris humoribus, & in aquam denuò cōcretis, ſic fieri interdum lachrymas, eſt probabile, halitibus præcordiorū calore elatis ad oculos, & ibi in humorem ſeroſum concretis.

5. ſect. probl. 37

Iā vero videamus quo pacto, triſtitiæ, & aliorū animi pathematum opera deducitur à cerebro; & corde lachrymarū materia ad oculos: quauè ratione fiat, vt ibidem collecta, per angulos prodeat, ita enim diſputatio hæc dilucidabitur.

Putauit Franciſcus Vall. 6. Epid. com. 5. tex. 4. à duplici cauſa fieri, vt lachrymæ per oculos prodeant, tenſione nimirum, & debilitate. Nempè opinatur à tenſione cordis, & aliarum partium, præcipuè verò oculorū, humidam ſubſtantiam exprimi, à debilitate earumdem dimitti. Qui facilè impugnatur, ex ijſdē principijs, quæ ipſe ponit. Ponit autem lachrymam eſſe quendam oculorum ſudorem, & ab ijſdem propemodùm cauſis excitari à quibus ſudor. Quo poſito ſubdit, conſentaneum eſſe rationi vt quemadmodum ſunt hæc duo ſubſtātia congenea, ſic ſimilem modum habeāt generationis; nā quod ab ijſdē excitentur cauſis, eſt pariter experiētia comprobatum; ſiquidem, vt motu ſudor proritatur, ſic equo velociter vecti lachrymantur, &

veluti per triſtitiã, gaudium, timorem, & iram funduntur lachrymæ, ita & ſudor: cùm hoc tamen diſcrimine, quod motu copioſiùs ſudor prouocatur, lachrymæ parcius: contra per pathemata animi ſudamus parùm, flere vbertim ſolemus. His poſitis arguo aduerſus Vall. hunc in modum, non ſemper ſudor, ob partium imbecillitatem effunditur, ſed quandoque. quare non ſemper ob debilitatem lachymæ effundentur ab oculis. Confirmatur, quia vacuatio omnis, quæ ob naturæ debilitatẽ cõtingit, illa ſemper eſt noxia: at iuuat non rarò flere, & lachrymas fundere. Quam demum debilitatem fingemus in eo, qui optimè valẽs, ob triſte nuncium, ſtatim lachrymatur? Nullam certè licet fingere. Quare aliter lachrymas fundi opinandum.

Exiſtimauit Ioãnes Manelphus tract. de flet. & lachrym. eodem modo lachrymas ab affectibus animi cieri, quemadmodum illud fieri videmus à fumo, cœpis, puluere, & alijs huius generis multis. Quamobrem, vt ab iſtis elici experientia docet, quia acria ſunt, & mordicandi vim habent, ſic elici à triſtitia docet, quia ab ipſa mordacitatẽ aliquam, & acrimoniam ſpiritus acquirunt, qua feriẽtes poſtea angulos oculorũ in cauſa ſunt, non ſecus, ac fumus, & vapores proſilientes à cœpis, vt lachrymæ emergant. Quia verò poterat obijcere aliquis gaudium nullam inferre mordacitatem ſpiritibus, ſed contrariam potius qualitatem (gaudium inquit non elicere lachrymas, qua gaudium, ſed ob eam, quæ ſolet comitari triſtitiam: ex quo ſit conſequenter, vt quemadmodum illa hoc facit ſpiritibus acribus redditis, & mordacibus, haud aliter contingit in gaudio. Demùm quia viderat idem) multoties lachrymare gaudentes citra aliquã contriſtãtis obiecti phantaſiam: ſubdit, lachrymas illas per accidens fieri, quatenus per accidens fit, vt laxatis prægaudio præcordijs (hæc enim fletus ſedes, nam eadem riſus) fumoſitatũ pars aliqua feratur ad oculos, quæ ſua acrimonia humidiorẽ aliquam ſubſtantiam cieat. Atq; hæc Manelphus in ſuo docto, & erudito libello de lachrymis: cui aſſentirer libenter, ni experientia doceret, nullam flentes in oculis acrimoniam ſentire, nec aliquod ſimile fumo, pulueri, aut cœparum vaporibus. Nec ſi eamdem prorſus haberent triſtes illi ſpiritus qualitatem, eodem tamen modo lachrymas elicere poſſent, quemadmodum cępæ, fumus, puluis; vbi enim extra eſt quod nocet, pars cõtrahitur ad obiecti moleſtiã vitandã: vbi contra intus eſt, quod irritat, contrarium molitur motum pars, & ſeſe dilatat; ita enim vitabit moleſtiam, non ſeſe conſtringendo. Ergo quando fumus

extra eſt, extra quoque cœpæ vapor inſiliés in oculos: intus ſpiritus acres, & mordaces, nō poterunt eodē modo lachrymas ciere, ſed conſtringendo exprimentur fumo mordicante oculos, dilatando effundentur ſpiritibus, eoſdem mordicantibus. Demus demùm eodem modo fieri à pathematibus animi, quemadmodum à fumo, & cępis, non ne dicere cōſequenter tenebitur expreſſione elici? quare quam modo reiecerat ſententiam, probet neceſsè eſt, & ſequatur.

5. probl. 13. & 3. 4. ſimpl. 2. Cenſeo proinde communē ſequutus ſententiam (nam hāc innuit Ariſtoteles, & Galenus) dicendum eſſe, cum lachrymę in gaudio potiſſimum cieantur, & mœſtitia, interdum elici partibus conſtrictis, fundi aliàs, & expelli à ſpiritibus ad oculos potiſſimum accurrentibus. Primo modo elicit triſtitia lachrymas, ſecundo gaudium, nam vt cuique notum, diffunduntur in gaudio ſpiritus, quo fit, vt partes vniuerſæ laxētur, & diſtendātur, aquoſa verò materia à ſpiritibus in ipſam impetentibus, expellatur: contrahuntur in mœrore; & triſtitia, vnde facies in rictū deducitur, anguſtantur vaſa, & vox redditur exilis; enimuerò cum cordi corpus viuerſum compatiatur; non ſolùm quia à corde arteria, ſed quoniam arterijs neruorum rami ſunt alligati: vt illo laxato in gaudio, reliquæ partes corporis diffunduntur, haud aliter, eodem contracto per mœrorem, cōtrahuntur reliquæ partes verſus ipſum: præcipuè vultus, maximè tamen omniū oculi, nam inter cor, & oculos maxima ſympathia: contractis autem, exprimitur aquoſa ſubſtantia, quemadmodum laxatis iiſdem, diffunditur, & expellitur.

Cur verò maiori facta cordis, & reliquarum partium contractione in vehementi animi dolore, nullæ tamen lachrymæ cieantur, laborant multi, vt declarent, fruſtra tamen, nec mirum, quia falſa ſupponunt; quamquam enim verum ſit, à cauſa vehemētem mœrorem inferre valente, nullas cieri lachrymas, falsò tamē dicitur à vehementi mœrore, nullas elici, nàm cauſa illa vehemens, ſtuporem inducit, & extaſim, non mœrorem, nihil enim ſic affecti ſentimus: ſentimus poſtea, vbi aduertentiæ locus datur, vnde flemus vbertim. Gaudio cum affinis ſit ira, nam vt Ariſtoteles, gaudent irati, quia ſperant vlciſci: triſtitiæ timor, nam à phantaſia imminentis mali metus; eliciet ira lachrymas, quemadmodū gaudium, timor eodem modo, quo mœror. Video me lachrymarum dulcedine abreptum, pluſquam ratio poſtulat, illis indulſiſſe, nēpè vt dixit ille 4. Triſt. eleg. 3. *1. Rhet. 11.*

eſt quædam flere voluptas.

Redeo proinde, vnde Oratio fluxerat, & an deflendi ſint mortui, indagare aggredior.

Non

Non videtur quia fletus eſt lachrymarum effuſio in ſignum concept[æ] triſtitiæ. At non eſt, cur morte alicuius triſtemur; non erunt itaque deflendi Defuncti. Patet minor, nullũ enim mors incõmodum affert, nec mali aliquid mortuis contingit. Quare non eſt morientium ſors, modo aliquo à nobis deploranda.

Videntur contra deflendi, quia vita, quæ dulciſſima omnium, ſunt priuati. Vnde cum eorum ærumnæ, quos amore præcipuo proſequimur, ſummam debeant nobis afferre triſtitiam, hæc elicere lachrymas, deflendos eſſe Defunctos hinc deducitur.

Videamus proinde, vtri rectius ſenſerint ij ne, qui mali aliquid mortem afferre opinantur, an alij, qui contendunt à multis nos miſerijs vindicare, hinc enim ſternetur facilè via veritati eruendæ; nam qui proprio dolent nomine, non eius qui deceſſit, digni ſunt. qui perpetuò verſentur in luctu: vt enim bene ſcripſit Seneca ad Polib. cap. 37. *Nihil minus bono viro conuenit, quam in fratris luctu calculos ponere.*

Afferat ne Mors aliquid mali, an contra exoptanda, Cap. 14.

BOnam eſſe mortem, vult D. Ambroſ. quia multis, quibus angimur in hac vita curis, beneficio ipſius liberamur. *Tantis* inquit, *malis hæc vita repleta eſt, vt comparatione illius, mors remedium putetur eſſe, non pœna; nam ideò breuem illam Deus fecit: vt moleſtiæ eius, quæ proſperitate vinci, vel tolli non poterant: temporis exiguitate finirentur.* Idem ſentiant neceſsè eſt Platonici omnes; etenim cum putarit eorũ Dux Plato, in pœnam patrati ſceleris, è cœlo animam in corpus hoc demerſam, ibique concluſam, tamdiù detentam iri,

Donec longa dies, perfecto temporis orbe
Concreti exemit labem, purumque reliquit,
Aethereum ſenſum, & aurai ſimplicis ignem.

gaudere neceſsè eſt, vbi corporis vinculo ſoluta, ad æthereas ſedes, vnde fuit primum depulſa, reuertitur. Laudare eamdem coguntur Marcioniſtæ, ſiquidem & ipſi malè de generatione ſentientes, tamquam in locum ſupplicij, animas in hunc mundum deducunt. Orpheus quoque, vt ei tribuit Plato in Cratylo, corpus vocauit animæ ſepulchrũ. Philemon vitam hominis calamitatem: dixit alius, optimum non naſci, proximum, citò mori. Pythagoræi demum damnarunt vſum Veneris, ne ad calamitatem liberos produceremus. Qui omnes, ſi adhuc viuerẽt, gladio certè iugulandi eſſent, vt à miſerijs, quas tãtopere prædicant, vindicarentur

Poetas, tùm Oratores, vt deſperatę ſalutis homines dicantur depoſiti, nam Cic. act.3. in Verr. *Itaque (inquit) mihi videor magnam, & maximè ægram, & propè depoſitam Reip. partem ſuſcepiſſe.* Seruius quoque exponens locum illum Virgilij.

Ille vt depoſiti proferret fata Parentis.

Exponit, per ly, depoſiti, deſperati; additque eam cauſam, cur ita dicerentur de ſpe ſalutis deiecti; *Nam talis antiquitus fuiſſe traditur conſuetudo, vt qui periculoſo aliquo morbo laborarent, ſic prorſus, vt deſperatum de ijs eſſet ante ædium ſuarum Ianuas collocarentur: vel vt ibi extremũ ſpiritum ederent, vel vt à tranſeuntibus poſſent fortè curari ſi quis aliquando conſimili morbo laboraſſet.* Quem morem reſpexiſſe puto Senecam epiſt.12. dùm ait, *Quis eſt, inquam iſte decrepitus, & meritò ad oſtium admotus.* Fletum ſecundo (mitto conclamationes, de quibus cap. ſuperiori) cum corpus imponebatur rogo. Ter.in And.Sc.j. act.1. *funus interim*

Procedit: ſequimur: ad ſepulchrum venimus

In ignem poſita eſt: fletur.

Tibull. eleg.3. lib. 3.

Ante meum veniat longos, incompta capillos,

Et fleat antè meum mæſta Neæra rogum. Ouid.

Tùm iuuenum non dùm facti flevere Quirites,

Vltima plorato ſubdita flamma rogo eſt.

Fuſæ tertiò lachrymæ in oſſilegio, cinerumque collectione. Tibull. eleg.2. lib.3.

Et noſtri memores, lachrymæ fundantur eodem,

Sic ego componi, verſus in oſſa velim.

Nec tantùm propinqui, & amici, deflebant defunctos, ſed mulieres conductæ (Præficæ vocabántur: vel à præfatione ſic dictæ, quia hæ cantum lugubrem ordiebantur; vel quoniam præficiebantur ancillis, & modum plangendi illis dabant, docebantq; quas nænias, & quo pacto canerent. Erat autem nænia, vltimum, quod defunctis cantabatur carmen, anteaquàm cadauer ſepeliretur, quod quia ineptè ſatis compoſitum erat, idcircò nugæ, & ineptiæ, næniæ ſunt dictæ ab antiquis, & mortualia. Plaut. in Aſin act.4. Sc.1.

Hæ ſunt non nugæ; non enim mortualia.

Inſuper quia & Nutricum cantilenæ ineptæ quædã cantiones ſunt, idcircò Iouianus Pontanus neniæ vocem ad nutritias cantilenas traduxit, & ſi Scaliger lib.1. ſuæ Poet. c.50. id factum cenſeat, quia nutrices Nenas quidam Itali appellant.

Huiuſmodi næniarum nullũ eſt apud antiquos exẽplũ: habui vnũ à Petro Columbo Calabro diſcipulo meo; nam in quibuſdam eius Prouinciæ Oppidis vigere huiuſmodi conſuetudinem fertur. Nænia

eſt

Digitized by Google

eſt in mortem vxorati compoſita.

Vi conuitu à tutti quanti
Mo chiangiti à buci forti,
Et ognunu ſi fà auanti,
Et ſerratimi ſſi porti,
bu, bu, bu.
Vi conuitu li parenti,
Le ſore, e li cugini
Tutti quanti l'autre genti
Aiutatimi à chiangiri,
bu, bu, bu,
Stù Signuri xnamuratu,
Ch'aſſai amaua, e volia beni
La ſua moglie, ch'hauia à latu,
Hora morſe con la freui.
bu, bu, bu.
Staua à lettu riſpettuſu
La ſua moglie taliandu,
Staua tutto penſeruſu,
Notte, e iornu ſuſpirandu.
bu, bu, bu.
Non penſaua ad autu poſti
Per lu beni, che bolia,
Non potiua ſtare ſpoſti
La ſua amanti richidia.
bu, bu, bu.
E la morti ci tirau
Con la ſua fauci taglienti,
E la vita ci liuau,
Dormi, e chiu non dici nenti.
bu, bu, bu.
Non la vidi la tua ſpuſa
Che ſi ſcippa li capilli
Tutta quanta lacrimuſa
Non ci parli à li toi figli,
bu, bu, bu.
Li voliui tantu beni,
E li laſci, vnde vai,
Et non dici, quando veni,
O Signuri, come ſtai.
bu, bu, bu.
Aiutatimi à chiangiri
Stu Signuri, che ſi parti,
Vnde poi vorria ſapiri
Comu, comu ne laſſaſti.
bu, bu, bu.
Et mouitilu, e chiamati,
Non riſpundi, e non ſi ſenti,
Comu ſtati care frati,
E bui non biditi nenti,
bu, bu, bu.
Le ſuie ſori, e li figlioli,
La muglieri, e l'autre genti
Lo chiangiuano di cori
Ilu è mortu, e non ſi ſenti.
bu, bu, bu.
Si partiu da queſta vita,
Stu ſtendardu triunfali,
E finuta queſta mpriſa,
E ſe è iutu à ripuſari,
bu, bu, bu.
Vndi ſu li ſui bellizzi,
Le ſue tanti gagliardie,
Vnde ſu le ſue prodizzi,
Dimmi commo le perdiu,
bu, bu, bu.
Io ti pregu non mo parti
Mo ti reſti, mi conſuoli
La tua amanti, che laſſaſti,
Et ancora li figlioli,
A tua matri la meſchina,
A tu patri lu tapinu
Roſa friſca leſciandrina,
Ch'è nore d'vn giardinu.
bu, bu, bu.
Io non pozzu chiu chiangiri,
Però vogliu ripuſari,
Et intendu li parrini,
Che lu veninu a pigliari.
bu, bu, bu.
Curri ſpuſa, e no ceſſari
Di chiangiri lu tu ſpuſu
Lu tu nuri voglio fari
Auanti che cala iuſu.
bu, bu, bu.
Si pigliao lo ſtendardu
Reſtau vintu lo caſtellu
No veduti ch'eſci tardu,

Ognun

Ognun ſcinda bellu bellu.
bu, bu, bu.
Aiutila tu ſori mia,
Et patientia vui baiati,
E di tutti queſta via,
Et però non vi turbati.
bu, bu, bu.

Aliud, & longè diuerſum Thracibus, Cœſis, & Exedonis placuit; natales enim hominum flebiliter, exequias hilariter celebrant. Nec gauiſi ſunt alij, nec triſtati; tres enim extulit G. Domitius vxores minimè plorans: & Anaxagoras morte filij audita, nihil turbatus reſpondit, *ſciebam me non immortalem genuiſſe*. Habes lector aliorum de re iſta ſententias noſtra modo in medium proferenda; vt tamen certis nixa principijs procedat, inquirendus primum fletus vſus, hinc enim an ſint deflendi mortui intelligemus; quoniam verò nec fletus vſus innoteſcere poteſt, ni exploretur quoque ipſius natura, hinc ordiemur.

Valer. Maxim. lib. 2. ſc. 6 Herodot. lib. 5. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 2. Plut. de vtil. cap. ab inimicis. Valer. max. lib. 5. c. X.

Fletus natura, cauſa, vſus.

Cap. 12.

EST fletus lachrimarum effuſio. Eſt lachryma ſeroſus quidã humor, & aqueus, ex oculis manans, in ſignum conceptæ triſtitiæ: quare erit fletus ſeroſi cuiuſdam humoris, & aquei effuſio per oculos, in ſignum conceptæ męſtitiæ. Seroſum humorem, & aqueum ex oculis manantem, eſſe lachrymam, eſt vſque adeò notum, vt probatione aliqua nõ indigeat. Itaque differet à ſudore, & vrina, quia ſudor per cutim, per veſicam vrina, per oculorũ angulos lachryma expurgatur. Quare eleganter quidam, & verè, lachrymã oculorum ſudorem appellauit; enimuerò conſpecta ſuper genas lachrymula, non poſſumus modo aliquo noſcere, ſudor ne illa ſit, an ex oculo prodierit. An verò ſint ſignum mæſtitiæ, hoc fortaſſe, non ita compertum; nam quãquàm mærentes ſoleant vbertim demittere lachrymas quare, & flere; ſolemus tamen non rarò ſummo in gaudio poſiti effundere lachrymas: & aliàs lachrimare ſolemus, pręſertim verò mulieres, citra aliquod animi pathema, ſed pro arbitrio voluntatis, & quoniam flere volumus; vnde diuiduntur lachrimæ in voluntarias, & non voluntarias, & Ouid. de mulieribus.

Quo non ars penetrat? diſcunt lachrymare decenter:
Quoque volunt, plorant tempore, quoque modo.

Quare non erit in vniuerſum lachryma ſeroſus quidam humor, & aqueus in ſignum conceptæ triſtitiæ emiſſus, ſed erit quandoque gaudij interni ſignum.

Confirmatur, nam auctore Ariſt: eſt quædam in lachrymis voluptas: Homerus. *1. Rhet. c. de iucund.*

Sic ait, & cunctis flendi eſt exorta cupido.

Neque

Neque ratio aliud ſuadet; nam cum flemus, compreſſa, & in anguſtum reddita per triſtitiam præcordia, dilatantur, & ad ſtatum naturalem reducuntur: à reditu autem ad ſtatum naturalem voluptas.

Secundo, ſunt lachrymæ miſericordiæ indices, atque illices: flendo itaque ſperamus, aut alios in noſtri commiſerationem adducere, aut indicare, nos amicorum, cognatorũq; miſerijs cõmoueri: Quamobrẽ cùm conducat vtrumq; facere, gaudemus flentes, cum vtrumque, aut alterutrum præſtemus.

Gaudemus tertio, quia interdum flemus; vel amicos amiſſos, aut cognatos exemptos: Carorum autem memoria iucunda.

Gaudere quarto poſſumus, quia aut cerebrũ multò preſſum humidioris ſubſtãtię onere leuatur, aut cor tetris halitibus expurgatur. Quare non ſemper ſunt lachrymæ conceptæ triſtitiæ argumentum.

Eſſe tamen declarat primũ lachrymarum nomen; ita enim dictam produnt omnes, quia ex animi laceratione ortum habet. Probatur idem ſecundo, quia lachryma à fletu, non aliter differt, ac à motu terminus; eſt enim lachryma fletus terminus, fletus cõtra motus quidã ad lachrymas ciendas. At fletus à triſtitia fit, & in ſignum triſtitiæ. Quare veræ lachrymæ, cum ſint fletus aſſeclæ, erunt veræ lachrymæ conceptæ triſtitiæ argumentum.

Neque oportet aliter opinari ob rationes adductas. Si quis enim exactè illas examinet, & perpendat, intelliget ſtatim quamquàm lachrymæ fiant à triſtitia, & auerſandas eſſe hanc ob cauſam, habere nihilominus aliquem vſum, quia leuant cor plerumque, interdum cerebrum: à gaudio veras lachrymas elici nõ probant. Partim ergo conuenit cùm mærore planctu, & luctu fletus, partim eſt diuerſus: mœremus, flemus, plangimus, & lugemus, quia triſtes, ſed mœrentes cum ſilentio dolemus, cum lachrymis flemus, cum voce ploramus, cum lamentis, plãgimus, & querulis vocibus, cũ habitus mutatione lugemus. Cumque triſtitia fiat à phantaſia mali, à phantaſia mali lachrymæ elicientur: non tamen quæcumque, ſed vera; nam ficta, fictas lachrymas elicit; & impræmeditata; nàm cũ præmeditatio malorum venientium aduentum leniát, feruntur mala cuncta leuiùs, quæ è longinquo videmus. Quare non valebunt tantam inferre triſtitiam, quæ lachrymas eliciat. Hinc ille, morte filij audita; ne ingemuit quidem; ſciebam enim inquit, me hominẽ genuiſſe mortalẽ. Nempè vt ſcripſit Seneca, *illis grauis eſt fortuna, quibus eſt repentina. Facilè eam ſuſtinet, qui ſemper expectat; nàm, & hoſtium* *aduen-*

c. 5. lib. de conſolat. ad Heluidiam.

Digitized by Google

aduentus eos proſternit, quos inopinatè occupauit; at qui futuro ſe bellò antè bellum parauerunt compoſiti, & aptati, primum qui tumultuoſiſsimus eſt, iſtum facilè excipiunt. Propterea Prudentes, quia mala futura proſpiciunt, aut raró lachrimantur, aut numquàm, ſed vt dixit ille, *impauidum feriunt ruinæ*; ideoq; præuiſa iacula minus feriunt, ſ. quia improuiſi mali phantaſia inducit fletum. Non tamen maximi; nam ab hoc, vel exoluimur, vel obſtupeſcimus. Sic obſtupuit pater ille, qui filio occurrit, dum à Tyrāno ad ſupplicium duceretur. Et ſocios Pompeij legimus cū vidiſſent illum confoſſum vulneribus, acerbo illo ſpectaculo commotos, de fuga dumtaxat cogitaſſe; vbi poſtea ad Tyrum peruenere, tùm afflictari, & lachrimari cœpiſſe. Rectè propterea ſtatuere Poetæ, ne tragediæ materia ſit nimis terribilis; nam hæc ſtuporem, non miſerationem eſt apta mouere. Elicit autem illas phantaſia quæuis, ſeu ſit præſentis obiecti, ſeù præteriti, ſeū futuri; nam iucūda, quibus triſtia opponuntur directè, cum triplicia ſint, in re, & præſentia, in ſpe, & futura, & præterita: illa omnia ſenſus voluptate demulcent, vt primo Rethor. ij. cur triſtia, non cōtriſtabunt? equidem mala futura incutiunt timorem; at hic eliciendarum lachrymarū vim habet. Quare poterunt triſtia futura eſſe in

Plutarc. in vita Pompeij.

cauſa fletus. Poterunt quoquē præterita, vnde 2. Æne.d.

quis talia fando
Myrmidonum, Dolopumuè, aut duri miles Vliſsis,
Temperet à lachrymis?

Nec putandum eſt aliter, quia ſuauis eſt laborum præteritorum memoria. Vnde Homer. Odiſs. 13.

Nàm iuuat inſanos hominem meminiſſe labores
Quos tulit, infeſtis, fortuna caſibus actus;

Et Virgil. 2. Æneid.

Forſan, & hæc olim meminiſſe iuuabit;

Traditq; rationem Phil. 1. Rethoric. ij. quia iucundū eſt nihil habere mali; nam præterita mala ſunt duplicia; alia ita præteriere, vt numquam alias reditura timeantur: contra alia, quamquam ſint præterita, timemus nihilominus ne redeant: priorum memoria eſt iucunda: poſteriora commiſci, tantùm abeſt, vt poſſit delectare, vt eorum memoria continuò triſtitiam inferat. Cur vero patiente corde in triſtitia, erumpant per oculos lachrymæ, & cordis patientis nota appareant in oculis ſumma oculorum, & cordis conſenſio in cauſa eſt: conſenſionis finis, & vſus ille, vt vel hac cauſa temperarent ſe homines à criminibus, & facinoribus: ſiquidem difficile eſt, quantumuis illa occultentur corde, vultu eadem non prodere. Quomodo autem à triſtitia lachrymæ poſſint elici, hoc incom-

Digitized by Google

incompertum, abſtruſum, & vt ille dixit hic Rhodus, hic ſaltus; quia verò ad huius difficultatis deciſionem conducit multum ſcire, an humor ille ſeroſus, & aqueus, qui proximè ex angulis oculorum emanat, ibidem gignatur, an alibi genitus, vt in corde, vel cerebro, expurgetur per oculos, id primum declaremus, cap. tamen ſequenti, nec hoc prolixitate faſtidium pariat.

Abſoluitur diſputatio de lachrymis, & ad principalis difficultatis deciſionem via ſternitur. Cap. 13.

QVod pertinet ad primũ, contineatur proxima lachrymarum materia in oculis, mittitur alia à cerebro, & corde: conſtat primum ex multis coniecturis. Prima, ſumitur à lachrimali caruncula, quæ nulla eſſet, ſi nulla eſſet ſeroſa ſubſtantia detinenda, ne continuo affluxu lachrymarum homo laboraret. Conſtat idem 2. ex naturæ inſtituto. Eſt autem illud, vt in quacumque parte, quæ multũ mouetur, multum aqueæ ſubſtantiæ apponat, ne à perenni motu plus iuſto calfacta, ignеſceret. Propterea multa aqua obſeruatur in pericardio, multa in membranis ſubcingentibus coſtas, multa in faucibus, propè linguam ſubſtantia humida, nec pauca in articulis. Quare cum tot motus habeat oculus, cur non credemus, naturam de ipſius tutela ſollicitam, magnam copiam aquoſæ ſubſtantiæ ad humectationem indidiſſe, & facilem motum? Dans tertio rationem, Gal. com. 3. primi Progn. cur ſunt exitioſæ inuoluntariæ lachrymæ (vocantur autem inuoluntariæ à Medicis, quæ fiunt, nullo vitio in oculis exiſtente, non ab immodica cerebri humiditate, non à cauſa aliqua externa, vt fumo, cępis, curſu equorum, vini potatione, paſſionibus animi) quia inquit, inditium eſt contentricẽ virtutem oculorum, eſſe vſque adeò languidam, & ferè extinctam, vt lachrymulam continere non valeat. Videmus quarto multos, audito triſti nuntio, ſtatim lachrymas effundere: lachrimari mulieres, quoties volunt. Martialis de Galla quadam

Amiſſum non flet, cum ſola eſt Galla maritum:
Si quis adeſt, iuſſæ proſiliunt lachrymæ.
Non benè flet quiſquis laudari Gellia quærit
Ille dolet verè, qui ſine teſte dolet.

At non poſſet hoc fieri, ſi è corde cõtinuò lachrymæ prouenirent, aut cerebro. Quare autumandum proximam lachrymarum materiã, ex oculorum angulis manare, & ibidem gigni: non tamen omnis: nã multa ſuppeditatur à corde, multa à cerebro. De cerebro conſtat inde, quia haben-

tes illud humidum lachrimantur facilè, vt oſtendunt mulieres, & pueri. Propterea monēt multi, & benè, permittendum eſſe pueris, vt lachrymentur, non ſolùm ob cauſam ab Ariſtotele adductā, quia contentiones, quæ in fletu fiunt, ad corpus roborandum, non parùm conducunt, ſed quoniam exhauritur immodica humiditas cerebri. Manare è corde multam, & elatos inde vapores ad oculos, & in aquā concretos, vberem lachrymis ſuppeditare materiam, conſtat primum, quia vulgò dici ſolet quaſdam lachrymas veras eſſe, & è corde manare. Conſtat idem ſecundo, quia multùm mœrentes, fletu, & lachrymis mirum in modum ſubleuantur Ariſt. 1. Reth. c. 11. quin etiā in luctibus, & lamentationibus quædam voluptas innaſcitur. Ouid. Epiſt.

7. Polit. 15.

1. Rhet. 11.

Flere licet certè, flendo diffundimus iram.

Et 4. Triſt. eleg. 3.

eſt quædam flere voluptas
Expletur lachrymis, egeriturq; dolor.

Nempè vt ait Diuus Chriſoſtom. *quemadmodum poſt vehementes imbres mundus aer, ac purus efficitur: haud ſecus poſt lachrymarum pluuias, ſerenitas mentis ſequitur, & tranquillitas.* Præterea eſt lachrima veluti ſudor oculorum; vnde inſperſæ ſuper genas guttulæ, non poſſunt diſtingui, an ſint lachrymæ, & ex oculis, an ex cute prodierint: eodem itaq; modo producuntur, quemadmodum ſudor. Quare, cùm hic gignatur, quandoque attenuatis vi caloris humoribus, & in aquam denuò cōcretis, ſic fieri interdum lachrymas, eſt probabile, halitibus præcordiorū calore elatis ad oculos, & ibi in humorem ſeroſum concretis.

5. ſect. probl. 37

Iā vero videamus quo pacto, triſtitiæ, & aliorū animi pathematum opera deducitur à cerebro, & corde lachrymarū materia ad oculos: quauè ratione fiat, vt ibidem collecta, per angulos prodeat, ita enim diſputatio hæc dilucidabitur.

Putauit Franciſcus Vall. 6. Epid. com. 5. tex. 4. à duplici cauſa fieri, vt lachrymæ per oculos prodeant, tenſione nimirum, & debilitate. Nempè opinatur à tenſione cordis, & aliarum partium, præcipuè verò oculorū, humidam ſubſtantiam exprimi, à debilitate earumdem dimitti. Qui facilè impugnatur, ex iiſdē principiis, quæ ipſe ponit. Ponit autem lachrymam eſſe quendam oculorum ſudorem, & ab iiſdem propemodùm cauſis excitari à quibus ſudor. Quo poſito ſubdit, conſentaneum eſſe rationi vt quemadmodum ſunt hæc duo ſubſtātia congenea, ſic ſimilem modum habeāt generationis; nam quod ab iiſdē excitentur cauſis, eſt pariter experiētia comprobatum; ſiquidem, vt motu ſudor proritatur, ſic equo velociter vecti lachrymantur, & veluti

Digitized by Google

veluti per triſtitiã, gaudium, timorem, & iram funduntur lachrymæ, ita & ſudor: cùm hoc tamen diſcrimine, quod motu copioſiùs ſudor prouocatur, lachrymæ parcius: contra per pathemata animi ſudamus parùm, flere vbertim ſolemus. His poſitis arguo aduerſus Vall. hunc in modum, non ſemper ſudor, ob partium imbecillitatem effunditur, ſed quandoque. quare non ſemper ob debilitatem lachymæ effundentur ab oculis. Confirmatur, quia vacuatio omnis, quæ ob naturæ debilitatẽ cõtingit, illa ſemper eſt noxia: at iuuat non rarò flere, & lachrymas fundere. Quam demum debilitatem fingemus in eo, qui optimè valẽs, ob triſte nuncium, ſtatim lachrymatur? Nullam certè licet fingere. Quare aliter lachrymas fundi opinandum.

Exiſtimauit Ioãnes Manelphus tract. de flet. & lachrym. eodem modo lachrymas ab affectibus animi cieri, quemadmodum illud fieri videmus à fumo, cœpis, puluere, & alijs huius generis multis. Quamobrem, vt ab iſtis elici experientia docet, quia acria ſunt, & mordicandi vim habent, ſic elici à triſtitia docet, quia ab ipſa mordacitatẽ aliquam, & acrimoniam ſpiritus acquirunt, qua ferietẽs poſtea angulos oculorũ in cauſa ſunt, non ſecus, ac fumus, & vapores proſilientes à cœpis, vt lachrymæ emergant. Quia verò poterat obijcere aliquis gaudium nullam inferre mordacitatem ſpiritibus, ſed contrariam potius qualitatem (gaudium inquit non elicere lachrymas, qua gaudium, ſed ob eam, quæ ſolet comitari triſtitiam: ex quo fit conſequenter, vt quemadmodum illa hoc facit ſpiritibus acribus redditis, & mordacibus, haud aliter contingit in gaudio. Demùm quia viderat idem) multoties lachrymare gaudentes citra aliquã contriſtãtis obiecti phantaſiam: ſubdit, lachrymas illas per accidens fieri, quatenus per accidens fit, vt laxatis præ gaudio præcordijs (hæc enim fletus ſedes, nam eadem riſus) fumoſitatũ pars aliqua feratur ad oculos, quæ ſua acrimonia humidiorẽ aliquam ſubſtantiam cieat. Atq; hæc Manelphus in ſuo docto, & erudito libello de lachrymis: cui aſſentirer libenter, ni experientia doceret, nullam flentes in oculis acrimoniam ſentire, nec aliquod ſimile fumo, pulueri, aut cœparum vaporibus. Nec ſi eamdem prorſus haberent triſtes illi ſpiritus qualitatem, eodem tamen modo lachrymas elicere poſſent, quemadmodum cẹpæ, fumus, puluis; vbi enim extra eſt quod nocet, pars cõtrahitur ad obiecti moleſtiã vitandã: vbi contra intus eſt, quod irritat, contrarium molitur motum pars, & ſeſe dilatat; ita enim vitabit moleſtiam, non ſeſe conſtringendo. Ergo quando fumus

Non videtur quia fletus eſt lachrymarum effuſio in ſignum concept e triſtitiæ. At non eſt, cur morte alicuius triſtemur; non erunt itaque deflendi Defuncti. Patet minor, nullũ enim mors incõmodum affert, nec mali aliquid mortuis contingit. Quare non eſt morientium ſors, modo aliquo à nobis deploranda.

Videntur contra deflendi, quia vita, quæ dulciſſima omnium, ſunt priuati. Vnde cum eorum ærumnæ, quos amore præcipuo proſequimur, ſummam debeant nobis afferre triſtitiam, hæc elicere lachrymas, deflendos eſſe Defunctos hinc deducitur.

Videamus proinde, vtri rectius ſenſerint ij ne, qui mali aliquid mortem afferre opinantur, an alij, qui contendunt à multis nos miſerijs vindicare, hinc enim ſternetur facilè via veritati eruendæ; nam qui proprio dolent nomine, non eius qui deceſſit, digni ſunt. qui perpetuò verſentur in luctu: vt enim bene ſcripſit Seneca ad Polib. cap. 37. *Nihil minus bono viro conuenit, quam in fratris luctu calculos ponere.*

Afferat ne Mors aliquid mali, an contra exoptanda, Cap. 14.

BOnam eſſe mortem, vult D. Ambroſ. quia multis, quibus angimur in hac vita curis, beneficio ipſius liberamur. *Tantis* inquit, *malis hæc vita repleta eſt, vt comparatione illius, mors remedium putetur eſſe, non pœna; nam ideò breuem illam Deus fecit: vt moleſtiæ eius, quæ proſperitate vinci, vel tolli non poterant: temporis exiguitate finirentur.* Idem ſentiant neceſsè eſt Platonici omnes; etenim cum putarit eorũ Dux Plato, in pœnam patrati ſceleris, è cœlo animam in corpus hoc demerſam, ibique concluſam, tamdiù detentam iri,

Donec longa dies, perfecto temporis orbe
Concreti exemit labem, purumque reliquit,
Aethereum ſenſum, & aurai ſimplicis ignem.

gaudere neceſsè eſt, vbi corporis vinculo ſoluta ad æthereas ſedes, vnde fuit primum depulſa, reuertitur. Laudare eamdem coguntur Marcioniſtæ, ſiquidem & ipſi malè de generatione ſentientes, tamquam in locum ſupplicij, animas in hunc mundum deducunt. Orpheus quoque, vt ei tribuit Plato in Cratylo, corpus vocauit animæ ſepulchrũ. Philemon vitam hominis calamitatem: dixit alius, optimum non naſci, proximum, citò mori. Pythagoræi demum damnarunt vſum Veneris, ne ad calamitatem liberos produceremus. Qui omnes, ſi adhuc viuerẽt, gladio certè iugulandi eſſent, vt à miſerijs, quas tãtopere prædicant, vindicarentur

Digitized by Google

tur quamprimum; quoniam verò exceſſere iam, expugnãda eorum ſententia eſt, ne eorum authoritate commoti aliqui, hunc errorem ſectentur. Quid ergo? inuehemur nè in Platonem? minimè verò, exploſa enim iamdiù ipſius ſententia eſt, validiſſimis Patrum rationibus, præſertim verò Cirilli, & alijs, quas collegit Ioannes Baptiſta Criſpus diſput. de deſcenſu animarum in corpus: nec pro vitæ iucũditate aduerſus tetricos quoſdam Philoſophos perorabo; verbis enim mortem laudant, vitæ alioquin cupidiſſimi, ſed longè deceptos eſſe docebo, dum morte putarunt, ab ijs, quibus premimur miſerijs, vindicari poſſe; cum tamen illud ſit veriſſimum priuari nos vita mortis culpa, non liberari à moleſtijs. Enimuerò, vt ineptè, eum quiſq; Medicum laudauerit, qui craturus digitum dolentem obtruncat; ſic præter rationem mortem aliquis, à quauis ærumna, nos liberare contendet, quia ſenſum omnem, vitamque nobis adimit. Conquerebatur Anthiſtenes quondam, cum graui morbo decumberet: *Et quis inquit, me hiſce doloribus vindicabit?* Hæc ait Diogenes prolata ſica: cui Anthiſtenes, *doloribus dixi, non vita*. Adde quod ferè numquam miſeros illa permit, ſed fœlices. Boet. lib. 1. de conſol. metro 1. loquẽs de morte.

Heù heù, quàm ſurda miſeros auertitur aure,
Et flentes oculos, claudere ſæua negat.

Decreuere propterea aliter de re iſta. Autumarunt itaque conferre nobis mortem, non quia à vitæ moleſtijs nos liberat, ſed quia ad æternam illam vitam, moleſtiæ omnis expertem, voluptate quacumq; cumulatam, nos ducit. Quia verò videbant, non omnes, qui fato cedunt id conſequi, ſed bonos tantummodò coronari, malos damnari ad tartara, vt ſcelerum patratorũ luant pœnas, bonis bonam eſſe mortem dixerunt, malis malam: vnde docent conſequenter, malorũ mortem lugendam, in morte iuſtorum lœtandum. Ita Patres ferè omnes. Iſidor. lib. 3. de ſummo bono, *Illi deplorandi ſunt in morte, quos miſeros Infernus ex hac vita recepit, non quos cœleſtis Aula ſacrificandos includit*. D. Bernard. in Epiſt. *bona mors iuſti propter requiem, melior propter nouitatem, optima propter ſecuritatem. Contra mors peccatorum peſſima; mala ſi quidem in mundi amiſſione, peior in carnis ſeparatione, peſſima in vermis, ignisque duplici contritione*. Hieronymus epiſt. 25. ad Paulam. *Lugeatur* inquit *mortuus, ſed ille, quem Gehẽna ſuſcipit, quem Tartarus deuorat, in cuius pœnam, æternus ignis æſtuat. Nos quorum exitum, Angelorum turba comitatur, quibus, obuiam Chriſtus occurrit, grauemur magis, ſi diutiùs in iſto habitaculo mortis*

mortis habitemus, quia peregrinamur ad Dominum. Cœterum, quia videbat, Sanctos illos Patriarcas luxiſſe filiorum mortem, fleuiſſe Chriſtum in morte Lazari, Chriſtianos occiſo Stephano: *Iacob* inquit *luxiſſe filium, quia non dum Paradiſi Ianuam effregerat Chriſtus: vnde Dauid patricidam filium fleuit: paruulum poſtquam, vt viueret impetrare non potuit, quia ſciebat non peccaſſe, non fleuit.* Hebræorũ planctum negat fletum fuiſſe: fuiſſe cenſet apparatum magnificum, quo honorabant Defunctũ, quod apertè colligit ex his, quæ in funere Iacob à ſuo filio Ioſeph facta legimus c. quinquageſimo Geneſ. Chriſti lachrymæ in funere Lazari, haud inquit eã ob cauſam excidere, quia perierat: ſed quia à morte ad vitam reuocandus erat.

Idẽ videtur Cypriano placuiſſe; nam hæc ſcribit. *Nobis quoq; reuelatum eſt, vt conſtanter prædicarem, fratres noſtros, non eſſe lugendos accerſione Dominica de ſæculo liberatos, cum ſciam non eos amitti, ſed præmitti, & recedentes præcedere.*

Chriſoſtomus cum & iuſtis vtilem eſſe mortem putet, & peccatoribus, & iuſtorũ morte, & malorum, gaudendum eſſe concludit. *Si peccator*, inquit homil. 61. in Ioan. *& qui ſæpè numero Deum offendit, moritur, is deflendus eſt, vel potius minimè, cum nihil illi afferat vtilitatis, ſed ea facienda, quæ ei aliquid conferre poſſint, vt ſunt eleemoſinæ, oblationes. In hoc lætandum eſt, quod malitia eius abſciſſa eſt: quod ſi iuſtus, rurſus lætãdũ, quod in tuto collocatus: quod liberatus eſt à futura incertitudine. Si iuuenis, quod ex medio malorum eſt ereptus, ſi ſenex, quod eo diutius vſus, quod maximè deſiderabile videbatur, vitæ ſatietate migrauit:* Nec ſibi contradicit, vbi ait. *Quid inquis, cũ homines ſimus, de morte hominis, non eſt dolendum? numquid ego hoc prohibeo? minimè lugere, ſed impudenter lugere veto. Non ſum immanis, atque crudelis: video naturam lugere, & quotidianam requirere conſuetudinem. Non licet nullo affectu moueri, quod & Chriſtus oſtendit: lacbrymatus eſt enim in Lazaro: eius ſequere exemplum: lacbrymare, ſed leniter, & prudenter, & cum Dei timore.* Non inquam contradicit, nam aliud eſt permittere quædam, aliud approbare. Permittit quidem Chriſoſtomus, at nequaquam approbauit.

Lugendã nihilominus Chriſtianorum mortem cenſeo, & ſi non minus honorificè ſentiã de ſtatu animarum ipſarum; eſto enim corporeo ſolutæ nexu, ad beatas ſedes deductæ, illæ fuerint, corpus tamen, cuius non minima ratio eſt habenda, in conditionem longè deterrimam eſt lapſum. Quare eſt cur corporis cauſa triſtemur, & lugeamus, nam & D. ille Paulus etiam nolebat expoliari, ſed ſuperueſtiri.

Digitized by Google

Vnde, quia clari virtutibus, benè nati, fœlices, omni demũ bonorum genere prædi ti, maiori bono per mortem priuãtur, quam malè ſani, extrema rerũ omnium inopia oppreſſi, varijs, ijſque aduerſis acti caſibus, artium omnium vſq; adeò rudes, vt parùm à Brutis differre videantur, priorum morte multum triſtari debemus, poſteriorum obitu, aut parũ, aut nullo pacto commoueri 3. Ethic c.9. Aptè ſanè Ariſtippus obiurganti cuidam, quod orta tẽpeſtate, ob mortis imminẽtis timorem expalluiſſet, cum paulò antea, non eſſe formidandam prædicaſſet, ipſeq; in eodem diſcrimine poſitus, neutiquam timuiſſet. *Non de pari* inquit *anima, mihi, tibique cura eſt, ac metus*, apertè innuens, non ideò non timuiſſe, quia Ariſtippo eſſet fortior, ſed quia cũ eſſet homo nihili, haberetq; animum omni virtute vacuum, minimum erat detrimenti eius obitus allaturus: vir eruditus, ac ſapientia præditus, non niſi graui diſpendio Reipublicæ perit. *Laert. lib.2.c.8*

At dices. Summa eſt fœlicitas, quàm animus comparat beneficio mortis: damnum, quod corpori infertur, vſque adeò exiguum, vt infinito interuallo ſuperetur ab immenſa, qua fruitur animus fœlicitate. Quare gaudendum morte amici, non triſtandum. Ita certè faciendum cenſerem, ſi æquè certa eſſet beatitudo animi, & corporis detrimẽtum. Quoniam verò certũ eſt corpus eſſe paſſum vltima, dubitamus, an animus ſit relegatus ad tartara, an ad cœleſtes ſedes conuolauit, propter hanc cauſam, expedit triſtes eſſe, non lætos.

An eò vſque triſtari debeamus, vt defleamus.

Cap. 15.

DOlendum, cum quis fato cedit ſuo, iam dictum; an tamen eo vſque dolori ſint habenæ laxandæ, vt eliciat lachrymas, non dum eſt ſtatutũ. Quare, vt ad finem perueniat diſputatio propoſita id decernendum.

Non videtur fletus admittẽdus, quia Bruta quamquam doleant ob mortem, vel raptũ pullorum, nõ videmus tamen eo vſque triſtari, vt lachrymas propterea fundant, quod nequaquam ijs denegaſſet natura, ſi liceret id facere; neque enim dicere valet, non lachrymare Bruta, quia flere nõ poſſunt, ac ſi homini tantum id natura conceſſerit; nihil enim ijs deeſt, quominus lachrymas effundere poſſint; habẽt enim phantaſiam mali, eamq; perfectam; ſunt eadem obnoxia pathematibus animi. quare habẽt cuncta, quæ ad ciendas lachrymas requiruntur. Præterea ſi fletus non conuenit Brutis, ſed vni tantum homini conceſſus fuit, erit fletus pro-

prietas

Digitized by Google

prietas hominis. At hoc dici nō poteſt. Quomodo enim duę contrariæ paſſiones, vni ineſſe, poterunt ſubiecto? flere itaq; poſſe Bruta, & veras lachrymas emittere, negari non debet.

Sed quorſum rationē quærimus, cum ſit experientia cōpertum, equos occiſis Dominis minimè a lachrymis temperaſſe? Virgil. de Pallantis occiſi equo. *11. Aeneid.*

Poſt bellator equus, poſitis inſignibus Aethon
It lachrymans, guttiſque humectat grandibus ora.

Eumdem affectum in equo Patrocli agnouit Homerus, Propertius in Arione, quem Adraſto Neptunus donaſſe fingitur. Nequis verò à Poetis id confictum dicat ad extollēdum equorum erga proprios Dominos affectum, eia id hiſtoricorū teſtimonijs confirmemus. Tradidit Plinius, eo affectu pleroſq; equorum in Dominos fuiſſe, vt interemptos lugeant, lachrymaſque interdum deſiderio fundant, & Suetonius in vita Cæſaris, *Proximis*, inquit *diebus equorum greges, quos in traijciendo Rubicone flumine conſecrarat, & vagos ſine cuſtode dimiſerat, comperijt pertinaciſsimè à pabulo abſtinere, vbertimq; flere*. Plutarcus quoque quærit, cur lachrymæ aprorum ſunt dulces, ceruorum contra ſalſæ, & vitioſæ. Quod ergo pullorum mortem bruta non deplorēt, laudatum naturæ inſtitutum eſt, quæ prohibet mortem cuiuſq; cariſſimi lachrymis decorare. *Lib. 8. c. 42.* *c. 81.* *Lib. 9. nat. c. 30*

Flere nihilominus placuit omnibus, vnde prouerbium, *Boni viri lachrymabiles ſunt*: qui ſine lachrymis prorſus ſunt, Plutonis ſunt, quem illachrymabilem dixit Lyricus, ſectatores. Scribit quoque Sprengerus, Grilland. Bodinus (quamquam non probat Delrius,) Plutonicas ſagas quamlibet velint, non poſſe arte aliqua, vel lachrymulam elicere. Ruth. cap. 1. *Inhumanitas eſt non commoueri ad primam familiarum diuiſionem*; Addo ego, & præter iuſtum naturæ inſtitutum; neq; enim lachrymas illa cōceſſiſſet hominibus, ſi nullis voluiſſet illos caſibus commoueri, commiſeratione nulla ingemiſcere. At vero ſi qui caſus debet elicere lachrymas, mors amici eſt potiſſimum; mors enim vltima rerum linea, & vt dixit Philoſophus, *Terribilium vltimum*. Quod Bruta nullas in pullorum obitu mittant lachrymas, haud inde fit, quia parum caſu illo triſtantur, multos enim edere gemitus, & ad multum tempus obſeruamus, ſed quia fletus homini dumtaxat cōceſſus, brutis denegatus. Ita Valleſ. 6. Epid. comm. 5. text. 4. Mercur. tract. de lachrym. & communiter omnes. Citant pro eadem ſententia Ariſt. c. 10. 3. de partibus animalium. Alij adducunt c. 6. in neutro aliquid ego inueni, *Sen. ep. 99.* *Lib. 2. Odd. 14.* *Tom. 3. lib. 6. Diſq. magic. c. 1. ſect. 2.*

inueni, quod ad corroborandam hanc ſenteutiam adduci poſſit. Propterea probatur ratione. Contraria ſunt apta nata fieri circa idem. Quamobrem cum ridere Bruta nequeant, non poterunt flere eadem, & veras lachrymas edere. Veras inquam in teſtimonium conceptæ triſtitiæ, nam humor ille, qui in aprorum oculis obſeruatur, ceruorum, & cocodrili, vel in plãtis, quibus nullus eſt ſenſus obſeruatur. Cur verò nequeant, non eſt facilè admodũm diuinare. Negant quidã Brutis lachrymas, quia eſto doleant, nõ omnis tamen dolor illas elicere poteſt, ſed ille tantum, qui ſpẽ habet adiunctam; ab hoc enim fit, vt contractus primum per dolorem ſpiritus effundatur poſtea ſpe concepta. Qui non placent. Nam quæ ſpes nobis effulget, cum amicum defunctum, vel filium lugemus extinctum? præſtat dicere; ita enim docent omnes non poſſe Bruta flere, quia non poſſunt eo vſque gaudere, vt partes laxentur in gaudio: in mœrore, ſic cerebrum, aut alia pars corporis conſtringi, vt èxprimant ſeroſum humorem. Cur vero nequeant, duæ cauſæ poſſunt aſſignari, altera eſt, quia Bruta, non ita capiuntur pathematibus animi, quemadmodum homines; altera eſt, quia parum habent cerebri, multum homines proportione ſui corporis; quare, & multum iſti ſeroſæ, humidæq; ſubſtantiæ habebunt, parum bruta. Proinde Bruta flere non poterunt, poterunt homines. Cæterum, quod hæc multum ad fletum conducant, declarant ſatis pueri, & mulieres, cum enim hæ, tum pueri, quia abundant humidiori ſubſtantia, & paſſionibus animi, leui quoque ex cauſa capiuntur, facillimè omnium incurrunt in fletum.

Teſtimonium Suetonij (nã Poetis inter arguendum eſt ſatisfactum) vel ex ipſo conſtat nequaquam probare, quod intenditur. Narrat enim factũ illud, tanquam oſtentum, & certum necis Cæſaris portentum: hæc autem merè naturalia non ſunt: ſemper habent aliquid Naturæ facultatẽ excedens.

De teſtimonio Plinij non multum laboro; multa enim collegit, & cõgeſſit non tamen digeſſit, vt accidit illis, qui ingurgitandi finem numquam faciunt. Huiuſmodi cum ſit quod de equis lugẽtibus narrat, rationi plus cenſeo, & aliorum multorum authoritati, quam teſtimonio ipſius tribuendum.

Ad rationem dicimus, flebilitatem, & riſibilitatem æqualiter homini conuenire neque nouum eſſe contrarias illi facultates dare, cum videamus plantas tractrice, & expultrice facultate donatas. Exemplificant Philoſophi in riſibilitate cum de hominis proprietate loquuntur, quia

hoc

hoc magis certum,& omnium ſententia debetur illi. Non ergo plorant mortem, raptumq; pullorum bruta, quia flere nō poſſunt, nam dolere, declarant ſatis gemitus, & quærulæ voces, quas emittunt.

Quantum lugendum.
Cap. 16.

PArum eſt indulgendum dolori. Immoderatus itaq; luctus, ſeū ſit immoderatus, ratione temporis; nam multos ad menſes producunt ipſum, ſeū ſit immoderatus ratione modi, multi enim & ſi diū non lugent, quo tamen tempore lugent percutiunt pectus, genas lacerant, crines vellunt, & mille notas deiecti animi produnt: hic inquam luctus, eſt ſemper damnandus. Vitioſum eſſe luctum, qui immoderatus eſt, ratione modi; docet primum Eccleſiaſticus, habet enim cap. 38. *Modicum plora ſuper mortuum, quoniam requieuit*. Damnarunt eumdem Romani; nam ſecundo de legibus apud Ciceronem legitur: *Mulieres, genas ne radunto, neq; lexum, funeris ergo habento*. Erat autem lexus lugubris eiulatio. Plato 12. de legibus. *Lachrymas profundere ob mortuum, aut ſecus, præcipere, indecorum eſt: lamentari, & extra domum vociferari, interdicendū eſt: & mortuum in propatulum ad vias producere, prohibendū eſt: in progreſſu per vias eiulare, & ante diem extra Ciuitatem eſſe, qui nō obedit puniatur prout legum cuſtodi videbitur*. Cicero in Tuſcul. *hoc quidem in dolore maximè prouidendum eſt, ne quid abiectè, nequid timidè, nequid ignauè, nequid ſeruiliter, muliebriterué faciamus. Ingemiſcere, non numquam verò conceſſum eſt, idque rarò, eiulatus, ne mulieri quidem*. Senec. ep. 65. *Ignoſci nobis poteſt prolapſis ad lachrymas, ſi non nimiæ decurrerint, ſi illas ipſi repreſſimus: nec ſicci ſint oculi amico amiſſo, nec pluant: lachrymandum eſt, non prolādum: per lachrymas argumento deſiderij quærimus, & dolorem non ſequimur, ſed oſtendimus*. Chryſippus dicere ſolitus ſapientē dolere quidem, ſed non torqueri, ſeū cruciari, aut demiſſo reddi animo. Adde rationem; Enimuerò lugendo, & mærendo nil aliud aſſequimur, niſi vt leuiores videamur.

Ex his infero ſatis ineptè de B. Virgine ſenſiſſe eos, qui putarūt morte ſui Vnigeniti perculſam, vnguibus genas laceraſſe, capillos euulſiſſe, pugnis contudiſſe pectus, voces mæroris plenas edidiſſe, conatam retrahere filium à paſſione, Iudæos exoraſſe, ne crucifigerēt illum, nihil demum corū omiſiſſe, quæ abiecti, & deſperati animi homines, & facere, & cogitare conſueuere; ſolet enim animus dolori ſuccumbere, vel ob ignorātiam, vnde præuiſa iacula minus feriunt: vel quia imbecillis, & ſuis neceſſitatibus

Digitized by Google

tatibus poſſe occurri diffidit: contingit hoc tertiò ob impatientiam. At verò præſciuerat mater, quęcumq; erat filius paſſurus: nec imbecillitas aliqua fingi in ipſa poteſt; nam de ipſa dictum, fecit mihi magna qui potẽs eſt: non demum impatientia aliqua; ſciebat enim beatos eſſe, qui perſequutionem propter iuſtitiam patiuntur. Quare omninò alienum ab excelſo illo Virginis animò eſt, quod quidam de ipſa effinxerunt, vt benè Vigerius cord. 7. cap. 13. Suarez 3. par. tom. 2. & communiter Theologi.

Infero ſecundo falſum pariter eſſe, quod quidam affirmant, B. Virginem, vbi Chriſto Crucem baiulãti occurrit, doloris vehementia perculſam, incidiſſe in ſpaſmum, eamque ob cauſam ibidem eſſe erectũ templum, quod vocatur Sancta Maria dello ſpaſmo; nam ſi B. Virginis ratio, numquam fuit vſque adeò obumbrata, vt nõ cerneret, quę expediunt: nec fuit vnquam ita deiectus eius animus, vt à pathematis vinceretur, non potuit aliquãdo ſic dolori ſuccumbere, vt in ſpaſmum incurreret; vide Caiet. in opuſc.

Infero tertio, deteſtandam omninò earum mulierum cõſuetudinem eſſe, quæ crinibus ſolutis, & antependulis, atra veſte amictæ, & capite velatæ, oppreſſo igne, & lucernis extinctis, humi iacent proſtratæ; Enimuerò, ſi idcircò lucem auerſandam putant, quia in tenebris iacent ij, quos lugent, deberent eædem non reſpirare, quando mortui pariter non reſpirant.

Quod verò immoderatus luctus ratione tẽporis ſit quoque improbandus, nec vitio careat, ea ratione poteſt confirmari, quia turpe eſt, vt à Viro ſapienti, non impetret ratio, quod ab idiotis, & abiecti animi mulierculis, paucorum d erum ſpatium, non ſolùm extorquet, ſed facilè impetrat. Quamobrem, cum nulla matercula, tam impotenter filij mortem lugeat, cui dies non ægritudinem leniat primum, deinde penitùs adimat; ſapientis erit, non ſolum forti animo, & infracto, ſed etiam alacri, id perferre. Praclarè Seneca, *turpiſsimum eſt in homine prudente, remedium mæroris laſsitudo mærendi. Malo relinquas dolorem quàm ab illo relinquaris. Annum fæminis conſtituere maiores ad lugendũ, non vt tandiu lugerent, ſed ne diutiùs. Viris nullum legitimum tempus eſt, quia nullum honeſtũ. Quàm mihi, ex illis mulieribus dabis, vix retractis à rogo, vix à cadauere reuulſis, cui lachrymæ in totum menſem durauerint? Nulla res citiùs in odium venit, quàm dolor, qui recens conſolatorem inuenit, & aliquos ad ſe adducit: inueteratus verò deridetur, nec immeritò; aut enim ſimulatus eſt, aut ſtultus*: aut ſaltem lenis; nam vt præclarè idem. *Nemo poteſt valdè dolere*

Epiſt. 65

Epiſt. 97

lere, & dici: ſic nos amantiſſima noſtri natura diſpoſuit, vt dolorem, aut tolerabilem, aut breuem faceret: hoc itaque ſolatium vaſti doloris. Rectè itaque Lycij ſtatuere, vt alicuius obitum deplorantes, muliebrē induerent veſtem, vt cultus deformitate commoti, maturiùs ſtultum proicerent mœrorem: ſalſeq; vt ſolet Lucianus ſub perſona iuuenis mortui, ſic patrem immodicè lugentem deridet, *Infœlix quid clamas, quid mihi moleſtus es? deſine vellicare comam, ac vultus etiam cutim lacerare. Cur mihi conuitium facis, & miſerū appellas, & infortunatum, qui iam ſim te multò, tùm melior, tùm fœlicior? Aut quid acerbi mihi putas accidiſſe? an quia non ſum factus ſenex talis, qualis es tu, capite caluo, facie rugoſa, incuruus, ſegnis genubus, in ſumma totus ventre putris, multis expletis triacadibus, & olympiadibus? denique ad iſtum modum delıras apud teſtes iàm multos? ò demens quid tibi videtur in vita boni, quo poſthac non ſimus potituri? non potas dices, aut cœnas: non veſtis, aut concumbis, eoque metuis, ne rerum harum inopia peream. Non cogitas autem longè bellius eſſe, non ſitire, quam bibere, non eſurire, quam edere, non algere, quam veſtibus abundare? Age igitur, quando ignarus videris, docebo te lugere melius: Iamque denuò incæpto luctu clama. Fili miſer, non amplius ſities, non amplius eſuries, non amplius algebis: periſti infœlix, qui morbos effugeris, qui febrem iam non timeas, non hoſtem, non Tyrannum: non amor diſcruciabit te, non auocabit coitus, neque huius rei cauſa bis, aut ter quotidie perdes impenſam. Heu calamitatem: neque contemneris factus ſenex, nec moleſtus eris iuuenibus, ſi quando conſpiciaris.*

Valer. Maxim. lib. 2. c. 6.

Dialog. de luctu.

Nec opinandum aliter eſt, quia viri timorati fecerunt plantum magnum ſuper Stephanū, & in veteri teſtamento 70. diebus Iacob ploratum legimus, 40. Moyſem, vel vt alij 30. Numa voluerit, puerum trimulo maiorem tot menſes lugeri, quot ille annos vixerat: neminem vltra decem; nam plantus nomine, non intelligit diuina ſcriptura fletum, & lachrymas, vt benè aduertit Pererius cap. 50. Geneſ. Lorin. cap. 8. act. Apoſt. & Baron. in martyrio S. Stephani, ſed luctum: ſiquidem, ne Heraclitus quidem tanto tempore lachrymare potuiſſet. Adde ſecundo, quod non cogebantur tāto tempore in luctu viuere, ſed ne vltra in luctu eſſe poſſent præcipiebatur. Nec tantum ſuperſtitibus illaudatus, ſed mortuis etiam ingratus. Romæ tumulus.

Plutarc. in eius vita.

Quid gemis, heu tanto fœlicia funera luctu?
Turbantur lachrymis gaudia noſtra tuis.

Par-

Digitized by Google

Parce precor queſtus triſtes ef-
fundere : vixi :
Non erat in fatis longior hora
meis.
Immatura peri, ſed tu diutur-
nior, annos,
Viue meos, coniux optime, vi-
ue tuos.

Quando ergo immodicus fletus defletis diſplicet, flentibus nocet, præſtabit ab immodico luctu fletuque abſtinere. Sic faciendum eſſe, monſtrarem pluribus, ni idem multis à pluribus, præſertim verò à Seneca, factum eſſet.

Sint nè morientium crines, qui in vertice tondendi.

Cap. 17.

DAt huic dubitationi occaſionem Poeta, ſcribit enim ſub finem 4. Aeneid. Didoni transfixæ gladio, cum mori non poſſet, & lethali vulnere multum conflictaretur, Iunonem miſeratione commotam Irim Cœlo miſiſſe ad auferendum crinem, qui in vertice, eoque reſecato fato ſuo defunctam. Apponam verſus.

Illa graues oculos conata attol-
lere, rurſus
Deſluit : infixum ſtridet ſub pe-
ctore vulnus.
Ter ſe ſe attollens, cubitoque in-
nixa leuauit,
Ter reuoluta toro eſt, oculiſque
errantibus alto
Quæſiuit Cœlo lucē, ingemuitq;
reperta.
Tum Iuno omnipotens longum
miſerata dolorem
Difficileſque obitus, Irim Cœlo
demiſit ab alto
Quæ luctantem animam, nexoſq;
reſolueret artus ;
Nam quia nec fato, merita nec
morte peribat,
Sed miſera ante diem, ſubitoq;
accenſa furore:
Nondum illi flauum Proſerpina
vertice crinem,
Abſtulerat, ſtygioq; caput dam-
nauerat Orco.
Ergo Iris croceis per Cœlum
roſcida pennis,
Mille trahens varios, aduerſo
Sole colores,
Deuolat, & ſupra caput adſtitit:
hunc ego dixi
Sacrum iuſſa fero, teque iſto cor-
pore ſoluo.
Sic ait, & dextra crinem ſecat:
omnis & vna
Dilapſus calor, atque in ventos
vita receſſit.

Examinandum itaque an hoc verum, & crines proptereа tondendi.

Pars quæ affirmat, ſuaderi poteſt, quia expedit vitam, quæ nulla arte poteſt retineri, laboribus ſubtrahere, & doloribus. Seneca Stoicos hac parte ſequutus Epiſt. 88. *Morbum, ait, morte non fugiam dumtaxat ſanabilem, nec officientem animo; non afferam mihi manus propter dolorem: ſic mori, vinci eſt. hunc tamen ſi ſciero perpetuo mihi patiendum, exibo non propter ipſum, ſed quia impedimento mihi futurus eſt ad omne propter quod viuitur. Imbecillus,*

Imbecillus, & ignauus eſt, qui propter dolorem moritur: ſtultus, qui doloris cauſa viuit. Nunc verò nequit illa adimi, ni huiuſmodi crines detõdantur. Quare præſtabit hos abradere. Probatur minor exemplo Sampſonis, & eorum qui plica laborant, referunt enim certò mori crinibus attonſis; neq; habet hoc aliquid quod rationi non ſit apprimè conſonum; nam Alces poſterioris pedis dextri vngula facultatem epilepſiæ aduerſam obtinet, cuius rei præſcia imminẽte epileptico inſultu, ab epileptico inſultu ſe præſeruat, vt teſtatur Giſnerus lib. 1. de quadrup. c. 1. Leuinus Lemn. & alij multi. Rhinoceros quoque cornu aduerſus venena valet, eamque ob cauſam, eo in aquas immiſſo, antea quam bibat, vi lœthifera expurgat, venenataque. Quare poterit ſalutaris quædam facultas ineſſe ſic crinibus, vt non niſi ea perempta, vita ceſſet. Confirmat idem caſus Orilli de quo hæc Arioſtus lib. 15:

Più volte l'han ſmembrato, e non mai morto,
Nè per ſmembrarlo occider ſi potea,
Che ſe tagliato ò gamba, ò mano gl'era
La rappiccaua, che parea di cera.
Hor fin à i denti il capo li diuide
Griſone, hor Aquilante fino al petto.
Egli de' colpi lor ſempre ſi ride,
S'adiran eſsi, che non hanno effetto.
Chi mai d'alto cader l'argento vide,
Che gli Alchimiſti hanno Mercurio detto:
E ſpargere, e raccor tutti i ſuoi membri,
Sentendo di coſtui ſe ne rimembri.
Se le ſpiccano il capo, Orrilo ſcende,
Nè ceſſa brancolar fin che lo troui,
Et hor pel crine, & hor pel naſo il prende,
Lo ſalda al collo, e non sò con che chiodi.
Piglia tal'hor Griſone, e'l braccio ſtende
Nel fiume il getta, e non par ch'anco gioui,
Che nuota Orrillo al fondo come vn peſce,
E col ſuo capo ſaluo à la riua eſce.

Et poſt multa:

Aſtolfo nel ſuo libro hauea già letto
Quel ch'à gl'incanti riparare inſegna,
Ch'ad Orril non trarrà l'alma dal petto,
Fin ch'vn crine fatal nel capo tenga:
Ma ſe lo ſuelle, ò tronca, fia coſtretto,
Che ſuo mal grado fuor l'alma ne venga:
Queſto ne dice il libro, ma non come
Conoſca il crine in così folte chiome.

Dicta comprobauit euentus. nam *Tenendo*

Tenendo quel capo per lo naſo
Dietro, e dinanzi lo diſchioma tutto
Trouò frà gli altri quel fatale à caſo:
Si fece il viſo allhor pallido, e brutto,
Trauolſe gli occhi, e dimoſtrò à l'occaſo
Per manifeſti ſegni eſſer condutto,
E'l buſto che ſeguia, troncato al collo
Di ſella cadde, e die l'vltimo crollo.

At verò neque in crinibus vim iſtam agnoſcimus, nec ſi quæ inſit, crines propterea abſcindendos cenſemus. Poſterior hæc pars patet, nam non licet nobis occidere quemquã. Eſt pariter prior manifeſta, nam ad robur noſtri corporis tria partium genera concurrunt, continentia hoc eſt partes ex quibus coaleſcit corpus: contenta, ſ. humores qui in venis arterijſque continentur: & facientia impetum. hinc partium aliqua deficiẽte, aut omninò actio aboletur, aut malè obitur: à defectu ſpirituum ſyncopes: fuſoque immodicè ſanguine, vires imminuuntur, & à quauis immoderata vacuatione labefactantur. at verò non continentur his capilli. Quare numquam his abſciſsis deficient vires.

Dices, partium nomine contineri capillos, aut mirum cum ipſis partes omnes conſenſum habere, nam hanc ob cauſam Iudices puniẽdis ſontibus deſtinati, vbi illos tormẽtis ſubijciunt, attõdere ſolent, nec fruſtrà, nam qui paulò ante grauiſſima contemnebãt tormenta, mox vel à leuioribus perterriti, ſe auctores criminis, aliaque ſcelera patraſſe fatentur.

Aſſeret tamen hoc nullus, vel leuiter principijs medicinæ imbutus; ſi quis enim tacitus eſſet partium noſtri corporis cum capillis conſenſus, qui in capite, obſeruaretur ille, vel in omnibus, vel in multis, ſunt enim naturalia communia omnibus; quamobrem quia Alces naturalem habet facultatem in vngula aduerſus epilepſiam, quiuis Alces hanc habet: Sic rhynoceros, ſic belzuar, theriaca, & ſingula quæq; huius generis. At verò paucorum capillis vis hæc ineſt. Quare aliam eſſe cauſam arbitrandum imbecillitatis contractæ ab abſciſſis crinibus. Et quidem quod ſpectat ad maleficos, qui abraſis pilis omnibus ſolent ſtatim ſuccumbere tormentis, ferè omnes docent, aut tolli ijs abraſis confidentiam, quam in pilis repoſuerant, eamque ob cauſam ex audacibus euadere imbecilles, & timidos; vt enim confidentia robur affert, ſic deſperatio deprimit animum, & imminuit: aut tolli docent pactum contractum cum Dæmone; ſolent enim iſti quibuſdam conſecrationibus ſic ſe aduerſus impetus fortunę mu-

Digitized by Google

niri, vt nonniſi exauctorata illa conſecratione mori poſſint. Hac cauſa motos Iudices tondere maleficos docet Martinus Delrius tom. 3. diſq. mag. lib. 1. ſect. 3. *In hac*, inquit, *tonſione, illud moneo obſeruandum: ſi fiat dumtaxat, ne maleficium lateat foraminibus corporis inſertum, vel crinibus inſperſum, ritè id fieri: eademque de cauſa putarem, ne qua vnctio ſubeſſet, etiam totum corpus aqua calida prius diligenter abluendum: ſed ſi tonſio fieret ex opinione, quod per eam robur corporis, & animi fortitudo pereat exẽplo Sampſonis, in quo totum id diuina virtute contingebat: & etiam documento Apollonij Thianei putarim ſerio hoc eſſe magicum, & ſuperſtitioſum.* Neque Delrij tantum hoc placitum, ſed communis omnium Doctorũ ſententia. Sampſonem ſcribunt omnes ea cõditione gratuitum fortitudinis donum à Deo accepiſſe, vt eſſet Nazarenus; hinc attonſus amiſit beneficium illud, quod ea lege à Deo fuerat illi attributum.

Quod ſcribit de Orillo Arioſtus, magica quadam incantatione factum idẽmet auctor teſtatur: alij ſi quid ſapiant, fabuloſum eſſe mox dicent, & ad naturam Mercurij declarandam commentum. Itaque nihil cogit fateri à capillis, aut vitam, aut robur. Neque aliud ſuadet argumentum deſumptum à plica, inde enim fit, vt attõſi in morbi principio malè afficiantur, quia capilli dum in ſui alimentum, & augmentum prauum ſuccum alliciũt, à prauitate ſuccorum corpus purgant: vbi abſciſſis illis parte hac cachochimia non abſumitur, ſtagnãs in corpore, grauiorem pariat affectum neceſſe eſt, & lœthalem. Cur verò ijs deciſis non accurrat ad caput materia, & in capillos vertatur, illud fortaſſe in cauſa eſt, quia denudata cutis à tanta pilorum farragine refrigeratur; quare denſatur, denſata autem materiam excipere non valet, vt bene Saxonia cap. 37. tract. de Plica.

Sed ſi hæc ita ſe habent: Quid dices, coegit Virgilium illa comminiſci? Aurelius Cornutus, vt 3. Saturn. refert Macrob. ingenuè fatetur ſe ignorare. Reprehendit hunc Macrob. *Ex pudet me*, inquit, *quod tantus vir græcarum etiam doctiſsimus literarum, ignorauit Euripidis nobiliſsimam fabulam Alceſtim: in hac enim fabula in ſcæna Orus inducitur gladium geſtans, quo crinem abſcidit Alceſtidi.* At verò ſi non omnem exuit pudorem Macrob. eſt cur multo magis erubeſcat ipſe, quam Cornutus; rem enim aggreſſus, nihil dignum aut dixit, aut fecit; eſto enim Euripides id primum inuenerit, & ab illo hanc de abſcindendo crine fabulam mutuarit Virgilius. Peto quid compulit vtrumque commentari hæc & fingere? Quando ergò nec Macrobius id dilucidauit, ſtudeamus nos pro viribus iſtud facere,

cere. Sciendum itaque ex Platone in Phœdone eſt, duas dari hominis mortes, alteram quam natura infert: præſtant aliam virtutes. Fit prima anima corpus deſerente ob prauam in ipſo diſpoſitionem inductam, cum qua anima exiſtere non poteſt. Mori dicitur homo per virtutes, cum anima adhuc corpus informans, corporeas illecebras Philoſophia docente contemnit, & dulces cupiditatum inſidias, reliquaſque exuitur paſſiones: hæc mors appetenda ſapientibus eſt, quam ſcilicet cõtemptus voluptatum inducit. Quę à natura eſt omnibus conſtituta, hæc eodem auctore expectanda; vt enim qui poteſtatis imperio truduntur in carcerem, non debent inde prius diffugere, quam poteſtas quæ clauſit, abire permittat: qui fugit, non effugit pœnam, ſed grauioris fit reus: ſic qui nolente Domino carcerem iſtum frangit, haud mœretur abſolui, ſed grauius plecti: indeq; fit, eodem Platone teſte, vt eorum animæ, qui violentas ſibi manus inlixere, corpore non ſoluantur, ſed corpori magis alligentur; vndè circa ipſum, eiuſdem ſepulturam, vel locũ, in quo iniecta manus eſt, peruagantur; oportet enim animam poſt hominem corporeis affectionibus liberari: liberari autem non patitur, qui vi eam extrudit è corpore, nam qui ſpõtè manũ ſibi iniicit, aut metu hoc facit, aut odio, aut alia praua affectione incitatus: his autẽ ſic ſordeſcit anima, nulla vt arte queat Cœlo, aut ſyderibus inſeri, quia nihil impurum pura illa corpora admittunt. Ergo quoniam D. do naturali morte, & fatali non peribat, neque merita quam inducunt virtutes.

Sed miſera ante diem, ſubitoque accenſa furore.

non poterat propterea Cœlo anima recipi, ſed adhuc corpori vincta tenebatur. Eius autem caſu commota ad commiſerationem Iuno,

Irim Cœlo demiſit ab alto
Quæ luctantem animam, nexoſq; reſolueret artus.

Sed adhuc quæres, cur id exequutura Iris, capillum qui in vertice totondit, Ditique vt ſacrum offertur. Certè ni dicamus à crine illo vitam pendere, ſeruari, dicamus neceſſe eſt ineptè prorſus Irim mandata Iunonis curaſſe. At verò neutrum nos admittemus; & quidem non deſcendiſſe Irim, vt Didonem necaret, manifeſtum eſt: cûm quia Iuno, cuius mãdata Iris diligenter curabat, amore, non odio proſequebatur Didonem, tûm quia ipſa Dido violentas ſibi manus iniecerat. Miſſa itaque fuit ad expurgandum animũ Didonis, ita enim poſſet deſerto iam corpore, ad æthereas ſedes conuolare: quippè Plato cuius veſtigia vbique ſectatur Poeta, quaſdam animas, præſertim verò ſpõtè peremptorum, etiam poſt mortem,

vult

vult adhærere corporibus, expedit contra alias ſtatim ad Cœlum. Quamobrem cum illæ expurgentur reiectis capillis qui in vertice, nam vt horum copia multas curas ſignificat, ſic eorumdem abraſio curarum ferè omnium vacuitatem, qua factum, vt ſomniorum interpetres cenſeant, ſi quis abraſum eſſe ſomniet, lœtum futurum, & omni ſollicitudine vacuum: Idcircò Iris obtruncauit capillum, eiuſq; obtruncatione expurgata anima, deſerto corpore ad Cœlũ euolauit. Hæc ſunt quæ in re adeo obſcura inuenire potui, addant alij meliora.

Sint ne lauandi mortui, & à quibus.
Cap. 18.

PRobat partem, quæ affirmat communis omnium ſenſus; lauare enim in more fuit Hebræis, Græcis, Troianis, Chriſtianis. Hebræis quidem, nam cap. 9. act. Apoſt. Habitam vita functam confeſtim lotam fuiſſe legitur: eſtq; multorum ſententia, Chriſti corpus lotum fuiſſe, & vt refert Lorinus ibidem, Balduinus Rex Hieroſolymorũ precioſas ſordes, ex abluto Chriſti corpore, per Abbatem Sãcti Bertini collectas, ad Flandros ſuos miſit ex Paleſtina. Eſt idem probatum Chriſtianis, etenim tanta charitate proſequebãtur pęſte interemptos, quemadmodum refert Euſebius lib. 7. Hiſtor. Eccl. cap. 7. *vt non ſint grauati gremio ſuo excipere, occludere oculos, ora obturare, geſtare cadauera humeris, decenter ornare, illis adhæreſcere, amicè complecti, lauare accuratè, & linteo funebri inuoluere.* Placuit idem Græcis; nam loquẽs Homer. de funere Achillis ait, *Depoſuimus in lecto purgantes corpus pulchrum aqua calida, & vnguento.* Nec diſplicuit Troianis, nam declarans Poeta, quo pacto Miſeni funus fuerit curatum, ait.

Pars calidos latices, & ahena
vndantia flammis
Expediunt, corpuſque lauant
frigentis & vngunt.

Et Euryali mater apud eumdem conquæritur, quod neque poſtremum hoc officij genus, neque alia huiuſmodi nato potuiſſet præſtare.

nec te tua funera mater
Produxi, preſſiuè oculos, aut
vulnera laui.

idem probaſſe Romanos, conſtat apertè ex illo Ennij verſu,

Tarquinij corpus, bona fœmina
lauit, & vnxit.

ſuadet eandem ſecundo lotionis vſus. Credidere Romani teſte Ouid. corporis totius ablutione, ſe purgari; habet enim ſecundo Faſtor.

Omne nefas, omnemque mali
purgamine cauſam
Credebant noſtri tollere poſſe
ſenes.
Græcia principium moris fuit:
illa nocentes

Digitized by Google

Impia luſtratos ponere facta putat :
Actor idem Peleus, ipſum quoq; Pelea Phoci
Cæde per Aemonias, ſoluit Acaſtus aquas.
Vectum frenatis per inane draconibus Aegeus
Credulus immeritò Phaſida fouit ope,
Ah nimium faciles, qui triſtia crimina cædis
Fluminea tolli poſſe putatis aqua.

hinc Aeneas multa cœde ſe pollutum ſciens ait. 2. Æneid.

Tu Genitor cape ſacra manu, patrioſque penates
Me bello è tanto digreſſum, & cæde recenti,
Attrectare nefas, donec me flumine viuo :
Abluero.

Etſi Dijs inferis litaturi aſpergebantur tantum, vnde Æneid. 4. de Didone

Dic corpus properet fluuiali ſpargere lympha. & alibi.
Sparſerat, & latices ſimulatos fontis Auerni.

& Miſenum mandaturus ſepulturæ,

ter ſocios pura circũluit vnda
ſpargens rore leui.

& ramum Proſerpinæ conſecraturus.

Occupat Aeneas adytum corpuſque recenti
Spargit aqua.

vide Macrob. 3. Saturn. 1. Lauabant manus Hebræi, dũ ſe innocentes ſe profiteri volebãt, quorum morem ſequutus Pilatus, iniuſtè Ieſu damnato, coram populo lauit manus dicens, *Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius, vos videritis*, ſuam hoc facto innocentiam profeſſus.

Inſtituta tertio ab omnibus lotio eſt ad tollendas ſordes corporis, comparandamque munditiem; vnde Ioan. 13. *Qui lotus eſt*, ait Chriſtus, *non indiget, niſi vt pedes lauet, & eſt, mundus totus*, nam pedes fortaſſe inter veniendum ſordem aliquàm contraxerant. Hinc quoniam cœnaturi, pranſuri manus mundas debent habere, numquam ſordidi, inoleuit mos apud omnes nationes, vt ante Cœnam, & prandia lauentur manus, & à cœna, & prandio, ne ſi à cibo contrectato ſordem aliquam manus contraxiſſent, malè poſtea oleremus. Inſuper quia Hebræi Romanos imitati cœnabãt in lecto, pedes ijdem abluebant, iure, vt propterea Chriſtus Simoni obiecerit, quod inuitatus ad cœnam id officij ipſi non exhibuiſſet: *aquam pedibus meis non dediſti, oleo caput meum non vnxiſti*. Sacerdotes quoque, quia non tantum mundi corde, ſed & corpore accedere ad altare debent, idcircò ſacrificaturi nõ tantũ auriculari confeſſione ſe ſe à criminibus expiant, ſed & aqua faciem abluunt, & manus. Neque in Eccleſia tantum id ſer-

uatum,

Digitized by Google

*Exod.*30 uatum, ſed à Moyſe quoque
38. & 40 inſtitutum, vt ad abluendos
*Gen.c.*18 Sacerdotes, qui ad altare erãt
19. & 43. acceſſuri, vas æneum ſonorum
*Iud.c.*19 in tabernaculi ingreſſu contineretur. Cur verò Chriſtus à Cœna pedes Diſcipulis lauerit, cum tamen hoſpitibus in ingreſſu domus hoc exhibere officiũ conſueuerint Hebræi, conuiuis verò antequam
to. 1. *an.* accũberent. Vide Baron. Nunc
34. *n.*36. verò deſœdantur mortui à prodeuntibus excremẽtis, aut ſanguine. Ergo lauare conducet, ne nobiliſſimum animi domiciliũ ſordeſcat, & ſqualleat. Equidem ſi gentes ferè omnes, ad elegantiam corpori comparandam, os, oculoſque claudunt, membra formant, ſplendidè veſtiunt, fucum faciunt: deformia cadauera, quæ nulla arte poterant componi, aut tecta efferebant, aut noctu; cur nos ad euitandam turpitudinem, non admittemus ſaltem lotionem? Neque enim priſcæ illæ gentes tantùm, quibus nulla veræ fidei lux affulſerat, iſtud omni induſtria curarunt, ſed noſtris pariter gratum, non amiſiſſe mortuos decorem formæ. Vnde Hieronymus in epithaph. Paul. ad Euſtoch. *Quodque mirum ſit, nihil pallor mutauerat faciem, ſed ita dignitas quædam omnia compleuerat, vt putares non mortuam, ſed dormientem*, atque hæc de primo. Quod ſpectat ad ſecundum.

Romani ſi credamus Moreto 3. var. 19. fœminas huic officio deſtinarunt. Colligit ex illo Ennij,

Tarquinij corpus bona fœmina lauit, & vnxit.

Idem videtur in more fuiſſe Græcis; nam potaturus Socrates venenum. *Conſultiùs* inquit *videtur, me priùs lauari, nec mulieribus negotium faceſſere, vt mortuum lauent.* Apud me valdè hoc incertum, nam Pollinctores, ita fortaſſe dicti; quia pellem vngebant, viri erant, non mulieres. At eoſdem lauaſſe eſt veriſimile, teſtaturque apertè Varro in verbo Pollinctor. Herodotus quoq; lib. 2. ſcribit, quod inſignium Virorum vxores, quæque valdè conſpicuæ erant, & formoſæ, non ſtatim ac vita erãt defunctæ, condiebantur, ſed poſt tres, aut quatuor dies; idque eam ob cauſam, ne Salinarij concumbant cum fœminis; deprehenſum enim aiunt quendam cũ recenti cadauere muliebri coeuntem. Quamobrem cum ab Aegyptijs ad Romanos hanc lauandi conſuetudinem fluxiſſe credamus, hominibus, quoque munus hoc tributum à Romanis, facilè credimus: præſertim cum legamus apud Plutarchum, Pompæi truncum, cum abundè adſtantium oculos exſatiaſſet, à Philippo Liberto aqua marina poſtea lotum eſſe.

Sed quæcumque fuerit Romanorum conſuetudo, laudo ego, vt quiſque à ſui ordinis hominibus, vt religioſæ à religioſis, nuptæ à nuptis, à Virginibus

ginibus Virgines, moniales à monialibus lauentur. Generos cum ſoceris balneum ingredi vitio dabant Romani, quoniã membrorum nudationem, inſpectantibus illis, cùm decore fieri non poſſe crediderunt, vt eſt Auctor Plutar. in Catone: quanto inhoneſtius fuerit à mulieribus Viros, aut hos ab illis, ne dûm ſpectari, ſed etiã cõtrectari? lauetur ergo vnuſquiſque ab alio ſui ordinis. An verò lauare conueniat ob rationem à nobis, paulò ſupra aſſignatam, capite ſequenti dicemus.

Poſſit ne è cadauere ſanguis fluere, aut excrementa prodire, Cap. 19.

QVid fieri loto corpore expediat, eſſet modo conſequens examinare, ni curſum retardaret nobis ſcrupulus quidam; hæreo enim, nam pro certo haberi à multis video, non poſſe è cadauere, aut ſanguinem manare, aut excrementa prodire; vel enim mouerẽtur à propria forma, & hoc dici non poteſt; nam multoties vomitu reiectantur: non poſſunt autem grauia ferri ſuo impetu ſurſum: pellerentur, itaque à corporis facultate: at nulla eſſe tunc poteſt. Eſt & aliud, quod ſanguinem fluere nequaquam poſſe ſuadet, eius nempè concretio: ſiquidem extincto calore (extinguitur autem per mortem) continuò concreſcit ſanguis: fluere itaque nullatenus poterit. Quare falsò à nobis dictum eſt, idcircò eſſe cadauera abluenda, quia à ſanguine, & excrementis deſædantur.

Sed lateat licet cauſa, quæ vel ſanguinem trudat, vel excrementa; non eſt propterea negandum, ſæpè illa expelli, vt docet experientia; nullus enim eſt, qui ſi quando tractauit cadauera, non obſeruarit multoties, emittere extinctos, poſt multos à morte dies, interdũ fœces, quandoque vrinam: effundere item è naribus mucos, è naribus, & ore ſanguinẽ reijci. Nec eſt, qui ignoret, inde natam conſuetudinem obturandi nares, & anum, emiſſo iam ſpiritu. Nempè quia habent pro certo, paulò poſt excrementa eſſe eruptura; quod etſi barbarè factum, & ineptè; nam cum ſoleat anima in latibulis corporis deliteſcere, poteſt contingere facilè, vt qui non dum vi morbi eſt extinctus, ſuffocetur: licet tamen inde intelligere, poſſe excrementa fluere extincto corpore. Narrat Marcellus Donatus lib. 1. hiſtor. medic. c. 2. vxorem Bertoldi Viri nobilis, poſtquàm illi eſſent ſcarificatæ cucurbitulæ appoſitæ ſpatulis, tantam factam fuiſſe ſanguinis effluxionem, vt etiam poſt duos dies, cum ad ſepulchrum deferretur, cruentarit. Iulia quoque Gentilis nobilis mulier, eaque valdè religioſa,

cum

cum tertiana correpta, vix potuiſſet induci, vt ſemel ei ſanguis extraheretur, nocte intempeſta purpuream, vt cùm Poeta dicam, vomuit animam: quodque mirari par eſt, cum poſt horas 24. efferenda ad ſepulchrum è lecto remoueretur, magnam ſanguinis copiam per os reiectauit. Idem anno 1622. in Illuſtriſſima Domina D. Maria Mendozza apoplexia ex ſanguine correpta, & extincta, obſeruauimus. Hipp. pariter loquens primo de ratione victus de noxis, quas ptiſana intēpeſtiuè aſſumpta afferre ſolet, ſuffocatos inquit perire hoc pacto nutritos, & dementes; proindeque ſubdit, priſci ſyderatos eos eſſe exiſtimarunt, cùm ob hanc cauſam, tùm vel maximè, quod mortuis latus liuidum ad plagæ ſimilitudinem videbatur. Multi inſuper medici obſeruarunt febre peſtilenti interemptos, nigris infici maculis poſt mortem, & ijdem perhibent, hoc eſſe præcipuum ſignum venenati corporis; quod cum Neronem nequaquam latuiſſet, ſcribit Dion. in eius vita, Britannici corpus gypſo oblitum fuiſſe, ne liuor è veneno appareret, pluuiamque coortam gypſo amoto, ſcelus omnium oculis obieciſſe.

Quid quod apud Iuris prudentes, ita eſt conſtitutum, poſſe ex occiſo corpore, ad occiſoris præſentiam fluere ſanguinem, vt diſputent, alijs aliter opinantibus, ſit ne inditium illud ad torturam an ad inquirendum? Quidam demum, vt refert Durandus lib. 1. de ritibus Eccleſ. cap. 5. mulierem in partu morientem, non eſſe ſepeliendam in Eccleſia, eam ob cauſam, autumarunt, ne pauimentum Eccleſiæ ſanguine polluatur: quæ ratio eſſet omninò ridicula, ni ſanguis poſſet, è mortuo manare. Sed ne ineptus ſum, qui tam remota congero argumenta, ad rem hanc demonſtrandam, cum ſacra Scriptura teſtetur, aperto Chriſti mortui latere, diræ lancis ferro, continuò, & ſanguinem manaſſe, & aquam. Cæterùm, quia adductæ diſficultates adhuc dubiam reddunt hanc aſſertionem, declaremus propterea qua vi miſta illa inanima moueantur, & à qua cauſa impeditur, ne ſanguis in cadauere concreſcat.

Qua vi moueantur excrementa defuncto iam homine quorundam opinio affertur, & reijcitur.

Cap. 20.

PVtauit Ioannes Gramm. in procem. 1. lib. de an. Plot. 2. lib. de dub. anim. c. 29 Mercur. tract. de macul. peſtil. adhuc ſupereſſe in extincto, aliquas animæ facultates, quamquàm animę à corpore receſſerit. ab his excrementa reiectari. Pro-

bant aſſumptum, nàm ſic ſe habēt animæ facultates ad animam, vt ignis calor ad ignem; nunc vero, ſe uatur calor ab igne impreſſus in domo, eſto ignis, à domo remoueatur. Quare ſeruari poterit aliqua facultas animæ in corpore, etſi anima corpus deſeruerit.

Quod verò non ſolùm nullàm includat hoc repugnantiam, ſed de facto, vis aliqua animæ, cadaueri inſit, poteſt multis experientijs comprobari, ac primum quia Ariſtot. ſcribit 3. de hiſt. 11. & Plin. lib. 11. cap. 45. (quid Plinium, & Ariſtotilem memoro) nos experimur quotidie, creſcere pilos, & vngues in mortuis, non apparenter tantùm, vt quidam crediderunt, nempè quia caro contrahitur, vt Alex. & Tertull. qui lib. de anima ſcripſit, *vngues autem cum exordia neruorum ſint, merito neruis reſolutione porrectis, prouectiores, & quotidie deficiente carne expelli videntur:* ſed vero augumento, & reali; nàm vt mittam ſimulachrum illud, de quo ſcribit Delrius lib. 2. magic. diſquiſ. q. 25. quolibet anno attonſam comam, & barbam refruticaſſe iterum, & tamquam viuo renatam: & aliud Arnobij referentis, è Gentilium hiſtorijs, Iouem rogatum quondam ab Acdeſti, vt Atym ad vitam reuocaret, id tantùm impetraſſe, ne corpus eius putreſceret, comę creſcerent ſemper, & digitorũ minimus perpetuo motu agitaretur: conſtat enim hoc eſſe fabuloſum, aut factum opera dœmonum, illud verò miraculoſum, & præter omnem ordinem naturæ, cùm ſint vngues, & pili corporis humani excrementa non ligni ex quo illud ſimulacrum cōfictum. Scribit Paræus in fine ſui operis curaſſe cadauer, eoq; domi in anatomicũ vſum adſeruato, detonſos iterum, atque iterũ vngues excreuiſſe.

Inoleuit præterea conſuetudo apud antiquos, vt mortui, quibus beneuellent, terram leuem, grauem, quibus malè precarentur. Tibull. lib. 1. eleg. 4.

Iàm tua, qui Venerem docuiſti
vendere primus,
Quiſquis es, infelix vrgeat oſſa
lapis.

Ouid. in morte Tibulli.

Mollia nec rigidus ceſpes tegat
oſſa, nec illi
Terra grauis fueris: non fuit ille
tibi.

Nota eſt inſuper illa inſcriptionũ formula S.T.T.L. hoc eſt, ſit tibi terra leuis. Nec tantùm terram, ſed & aquam leuem precabantur, aqua ſuffocatis. Martial. lib. 6.

Flete nefas veſtrum, ſed toto flete
Lucrino
Nayades: & luctus ſentiat ipſa
Thetis.
Inter Baianas raptus, nuper occidit undas,
Euthicus ille tuus, Caſtrice, dulce latus.
Hic tibi curarum ſocius, blandumq; leuamen:
Hic amor, hic noſtri Vatis, Alexis erat.

Num-

Numquid, te vitreis nudum laſciua ſub vndis,
Vidit, & Alcidæ Nympha *remiſit Hylum?*
An Dea fœmineum iàm negligit Hermaphroditum,
Amplexu teneri, ſollicitata viri?
Quidquid id eſt: ſubitæ quæcũq; eſt cauſa rapinæ,
Sit precor, & tellus mitis, & vnda tibi.

Iiſdem, vt oſſa molliter cubarent, rogabant. Ouid. 3.Triſt. eleg.3.

At tibi, qui tranſis, ne ſit graue, quiſquis amaſti
Dicere, Naſonis molliter oſſa cubent.

Compoſitis tandem ſalue, & Vale inclamare ſolebãt. Æneas in funere Pallantis.

Salue æternum mihi maxime Pallas
Aeternumq; Vale.

Nec apud Ethnicos tantùm, ſed Chriſtianos etiam hoc in more. Dionyſ. lib. de Eccleſiaſ. Hierarchia deſcribens ritum Eccleſiæ in tumulando defuncto, *tum* inquit, *accedens diuinus Antiſtes, et ſanctiſsimas preces adhibet, quibus ritè perfectis, & ipſe eum, qui è vita migrauit, ſalutat, & ſecundum, eos omnes, qui adſunt.*

Scribit 3. Marc. Donat. lib. 2. de mirabili hiſtor. med. cap. 3. monialem quamdam, dum affinem demortuam lugeret, & eiuſdem manum ad deoſculãdum apprehẽderet, ter à mortua valide conſtrictam fuiſſe. & Matthæus Villan. lib. 3. hiſt. ſui temporis c. 46. refert Gualterium Ruſtatium Vbertini filium, cum detruncato à carnifice capite, ad ſepulturam efferretur vſque adeo valide ligneam arcam in qua erat concluſus, concuſſiſſe, vt commiſſas tabulas diſiunxerit, parumque abfuerit, quin à geſtantium humeris decideret, nam ad iactum baliſtæ, ingenti adſtantium omnium admiratione ſe ſe agitauit.

Videmus demũm è corpore occiſo ad occiſoris præſentiam, manare è vulneribus ſanguinem, quod cum fieri nullo modo poſſit, ni ponamus, ſeruari aliquam animæ facultatẽ in cadauere, videtur illa admittenda: præſertim cum grauiſſimi viri Democritus, Plato, non ſolum id affirmare non dubitarint, ſed & ipſam animam quibuſdam cadaueribus adſidere autumarint, quos reſpiciens, Tertull. lib. de anima hæc ſcripſit. *Quidam ad immortalitatem animæ, quam non à Deo edocti infirmè tueantur, ita argumentationes emendicant, vt velint credi etiam poſt mortem, quaſdam animas adhærere corporibus: hoc enim Plato, & ſi quas vult animas ad cœlum ſtatim expediri, in Politica tamen cuiuſdam inſepulti cadauer opponit longo tempore ſine vlla labe, præ animæ ſ. indiuiduitate ſeruato. Ad hoc, & Democritus crementa vnguium, & comarum aliquanti temporis deuorat.*

Ego verò, etſi videam adductis confirmari dictam ſenten-

ſententiam,induci tamen nõ poſſum, vt illi adhæream. Nego itaque conſeruari in cadauere aliquam animæ facultatem;vel enim facultas eſt idem cum anima ſecundùm eſſentiam, licet ratione diſtinguatur: aut erit animæ accidens,quod video placuiſſe D. Thom. Si dicamus primum, negemus neceſsè eſt, ſeruari vim aliquam animæ in cadauere,ni velimus fateri, ſupereſſe adhuc in cadauere ipſam animam, Multò minus tueri poterimus, remanere in cadauere aliquam animæ facultatem,ſi aliam ſententiam ſectantes dicamus, eſſe potentiam animæ, ipsius accidens; nam propria paſſio alicuius, non poteſt ſeparari ab eo,cuius eſt paſſio. Quamobrem cum ſint animæ facultates,animæ ipsius paſſiones,non poterunt illæ in aliquo eſſe, in quo anima non inſit.

Nec aliter putandum eſt, argumento deducto à calore, qui conſeruatur in domo,quãquam nullus in domo ſit ignis; nã calor remiſſus,non eſt accidens propriũ ignis: propterea poterit calor ſecundum gradus remiſſos,eſſe in alio ſubiecto,præter ignem: contra animæ facultas, quia eſt paſſio propria ipsius animæ,non poterit alicubi eſſe, ni anima ibidem reperiatur.

Eſto tandem ſupereſſet vis aliqua,nõ aſſentirer propterea Mercur. neque in eius ſententiam modo aliquo deſcenderem: Primum,quia hæ facultates ad operandum egent naturali calore, qui cum nullus ſit in extinctis,nõ poſſet facultas deſtituta caloris beneficio aliquid operari. Secundo, quia ſi quæ ſupereſt, eſſet illa multo imbecillior poſt mortem principalis agentis, quàm antea: cur ergo non extruſit tunc temporis: expellit facta imbecillior, & ferè extincta? Tertio eſt illa facultas animæ inſtrumentum cõiunctum. Non poterit itaque citra concurſum animę operari,ea enim eſt inſtrumenti coniuncti natura,vt non niſi motum ualeat mouere. Quomodo occurrendum ſit is quæ ad adſtruendam hanc ſententiam ſunt adducta cap. ſequenti dicemus.

Soluuntur rationes pro contraria ſententia adducta, & vera proponitur.

Cap. 21.

ARgumenta quæ ad ſuadendam ſentẽtiam Mercur.& aliorum adducta fuere, haud difficulter diſſoluuntur, nam quod ſpectat ad incrementum pilorum,quod obſeruatur in mortuis,putauit Delrius quæſt.25.lib.2. illud fieri, quia in cadauere de nouo emanauit aliqua animæ vegetantis ad imperfectam formam diſpoſitio;qui difficultatem non euacuat; nam eſto admittamus hæc omnia, non ſequitur propterea poſſe pilos gigni,quando nulla eſt facultas expellẽs:

ſiqui-

ſiquidem diſpoſitio illa, neque anima eſt, nec vis aliqua animæ.

Dicamus propterea habere pilos, & vngues propriã quandam animam ab ea, quæ animali dabat eſſe diſtinctam; & capillos sic ſe ad corpus habere, quemadmodum herbæ ad terram, cui inhęrent radicibus. Aut nisi id placeat, dici poteſt Secũdo pilos fieri ex terrea exhalatione, in pororũ anguſtijs impacta. Quamobrem, cum poſſint è cadauere vapores hi eleuari, & ad cutim à propria leuitate deduci, non erit modo aliquo, incrementum pilorum, aut vegetantis animæ, aut delitescentis in corpore, facultatis expultricis inditium.

Ex ijſdem redditur ratio cur quidam à morte euadant nigri. Nempè nigreſcunt illi, quia nigri vapores ad cutim à propria leuitate deducti, illam infecere.

At mox quæres: cur non idem factum viuente iam homine, quo tempore calor erat ad eleuandam validior, ad gignendos vapores potentior, & cutis ad excipiendum prompta magis, quippè non erat frigiditate addenſata?

Reſpõdeo multas poſſe huius euentus cauſas aſſignari. Dici primum poteſt retineri viuente iam homine, quo minus ad cutim attollantur illi halitus à vi contentrice, quæ quoniã per mortem aboletur, quid mirum, ſi amoto impediente prorumpant ad cutim?

Dici poteſt ſecundo, attolli pariter, & ad cutim deferri tetros illos halitus, dum adhuc viuit languens; quia vero non detinentur, ſed per cutis meatus adapertos perſpirant, propterea non apparere, eluceſcere à morte, quia in cuti addenſata detinentur.

Dici poteſt tertio, tunc temporis gigni, non antea, quia interdum febre peſtilẽti perempti, aut veneno, calidiores ſunt mortui, quam viuentes, quocirca loquens Ouidius de ijs, qui ſunt peſte interempti, ait. *2. Metamorphoſ.*

Dura, ſed in terra ponunt præcordia, nec fit
Corpus humo gelidum, ſed humus de corpore feruet.

Maior autem calor eſt, quia maior putredo.

Contingit quarto à morte hoc fieri, non antea, quia viuens expurgabat fortaſſe tetros illos halitus reſpiratione, quæ quoniam morte tollitur, mirum non eſt, ſi præcluſa illa via, ad cutim ferantur.

Neque aliquis ſenſus concedendus cadaueri, quia antiqui ſaluere, & valere iubebant defunctos; vt enim Varro aduertit, ſalue, & vale, clamabant, vt ab ijs velle recedere ſignificarent: & eſt modus loquendi noſtro etiam tẽpore vſitatus; nam & nunc eos ſaluere iubemus, quos relinquimus, & comitari nullo pacto volumus. Noſtri, haud corpori requiem precantur, ſed animæ.

Caſus illi admirandi à Marcello Donato recitati, nec multum

tam mihi pariunt admirationem, nec ſuadent, vt credam, ſupereſſe in extincto facultatē aliquam motiuam; cum enim motus illi naturales non fuerint, ab animali facultate motiua profectos dicere cogeremur: quare & ſenſatione præcedente obitos, quod cū ſentire nullus ſenſu præditus poſſit, dicendum eſt contractionem illam à moniali factam conuulſionis ſpeciem fuiſſe: Poteſt autem conuulſio, vel in re inanima fieri: cumque inanima poſſint pariter à ſubſtātia flatulenta concuti, poterit corpus detruncato iam capite à craſſo flatu concuti, non ſecus ac virgam flante vento concuti, & inflecti videmus.

Ab eodem flatu cum poſſit pes extendi, aut alia pars pelli, quemadmodum contrahi paulo ante diximus, non eſt motus hic in cauſam ſupernaturalem referendus, præſertim ſi eo articulo temporis contingat hoc fieri, cū quis ad oſculandum, partem illam apprehendit, aut quouis modo mouet; cum enim agitatum corpus multo facilius impellatur quam quieſcens, poterit tunc temporis flatus facilius partem in motu poſitam pellere, aut quouis alio motu agitare. Et quidem quod ab hac cauſa frequenter hi motus fiant citra alicuius facultatis ſuperſtitis concurſum, aut cauſæ ſuperioris, docent frequentes motus, qui in muſculis vituli dilaniati obſeruantur: docet pariter erectio penis, & expulſio ſeminis, & vrinæ quæ fit in ſuſpenſis. Quis enim alicui facultati hoc attribuet, non impulſui facto ab aere per illas partes illapſo?

Argumentum deſumptum à fluxu ſanguinis, ex occiſo ad occiſoris præſentiam, eſſe admodum efficax ad comprobandam Plotini ſententiam, vel inde poteſt facilè intelligi, quia quicumque ſunt conati difficultati huic ſatisfacere (sūt autē multi, quos recenſet Magius lib. 3. Miſcell. cap. 5.) & auctor ſecundæ partis ſyluæ variar. lect. cap. vlt. ferè omnes ſupponunt, ſupereſſe adhuc in extincto ſenſum aliquem; fieri enim quidam illud rentur, quia iraſcitur occiſus homicidæ: per iram autem cūm bulliat ſanguis, biliſque efferueſcat, quid mirum, ſi foras per vulnera proſilit? nō poſſet autem iraſci, niſi aliquis ſenſus ſupereſſet; nā vbi nullus eſt ſenſus, quæ indignatio fingi, quæ in eo efferueſcere ira poteſt?

Hoc quoque ſupponant neceſſe eſt, qui dicunt, occiſi animam iraſci cum occiſore; eſto enim demus illis, quod rationibus numquam extorquere poſſunt, non deſtitui corpora ante diem perempta, ab ipſa anima, ſed cuſtodiri, quamquàm non informentur: ni tamen ponant, aut eſſe relictam aliquam facultatem animæ in corpore, aut denuò cōmunicari, non poterit modo aliquo iraſci; eſt enim ira paſſio

ſio coniuncti, cum bulliente ſanguine ipſa fiat. Hoc ipſum tertio Lucretius innuit dum ait 4.ſui poematis,moueri ſanguinem homicida viſo, non ſecus ac ſemen viſa muliere amata. Itaque,vt natura irritata,in illud corpus cupit deponere ſemen, à quo ad expellendum ſollicitatur:ſic ſanguis occiſi in eam emicat partem, vnde eſt ictus morte, vt amans amore. Audi ipſum.

Irritata tument loca ſemine,fitq; voluntas
Eijcere id, quo ſe contendit dira libido:
Incitat irritans loca turgida ſemine multo,
Idque petit corpus mens, vnde eſt ſaucia amore.
Namq; omnes plerumq; cadunt in vulnus, & illam
Emicat in partem ſanguis,vnde icimur ictu,
Et ſi cominus eſt hoſtis, ruber occupat humor.

Hoc inquã innuit,niſi enim aliquã ponat vim cognoſcentem in occiſo, non poterit homicidam cognoſcere; vnde nec aduerſus ipſum effundere ſanguinem,quod quia falſum, & efficaciter ſupra eſt à nobis reiectum,tentandum eſt aliter nodum propoſitum ſoluere. Petrus de Apono. 3. probl. 6. Putauit hoc fieri,quia hoſtiles ſpiritus, qui ab homicida in occiſo,ſunt impreſſi,aduẽtante occiſore, ab interſecto remeant ad illum: remeantibus autem, neceſse eſt, & ſanguinem in quo erant, moueri, & agitari. Qui non placet; nam quo fundamẽto docet remeare ſpiritus? ſeruari tamdiũ, neque in itinere extingui? nullo certè; quare patiatur ruinam ſua opinio neceſſe eſt.

Quid ergo? confugiemus ad Deum? an factum negabimus? neutrum faciemus; hoc enim multi experientia verum eſſe agnouerunt:illud tũc facere licet,cum nulla eſt cauſa naturalis,ad quam poſſimus concurrere,quam non deſiderari in hoc caſu declarare aggredimur: primum tamen præmittere iuuat, è quouis corpore, & ſpiritus, & vapores fluere,naturam eius corporis,ex quo effluunt redolentes: vnde è ſano ſani, prodeunt, impuri ex impuris.Hinc contagia, ſeneſque quibus malè olet anima nuper nupti puellulæ formoſæ,& benè nutritæ, reiuueneſcunt: illæ,formæ decorem amittũt. Nempè quantum illi à ſuaui, ac miti puellulæ halitu iuuantur:tantundẽ hæc ab impuris ſpiritibus ſenis offendetur. Præmitto ſecundo ardentiores, & maiori copia hos mitti pro varijs animæ affectionibus. Vnde deſiderãt omnes ad faſcinationem inferendam inuidentiam,eam, vt patet ob cauſam,vt inflammati ſpiritus intimiũs, ſe in rem viſam inſinuent, & vehementius lædant.

Cũm itaque occiſum occiſor intuetur,tranſmittit ſpiritus quoſdam ira, & odio plenos,idcircò enim occidit.Qua-

Digitized by Google

re calidos, acutos, & igneos. Calfiet proinde ſanguis occiſi, exceptis ab occiſore ſpiritibus: tùm quia ſua natura ſunt calidi, tùm quia ob iram calidiores ſunt facti. Excalfactus autem, ſanguis neceſſe eſt prodeat, cum nequeat, anguſto illo ſpatio contineri.

Obijcies, non ſunt vſque adeò feruidi ſpiritus homicidę, vt calfacere valeant: non adeò diſpoſitum cadauer, vt à tàm leui cauſa incaleſcat: non ita ferrei ſpiritus, vt in itinere ab aere extra parētis ſinum emiſſi, non diſſoluantur.

Reſpondeo hæc omnia vera eſſe, eamque ob cauſam fit, vt nō ſemper hoc accidat, ſed rarò, & tunc tantum, cum homicida accedit, antea quàm cadauer ſit refrigeratum: vbi omnis eſt calor exolutus, non poteſt incaleſcere igni admotum, quanto minus à ſpiritu. Quare ſi accidat quandoque, vt frigefactum cadauer, ad inimici præſentiā fundat ſanguinem, ſupernaturali è cauſa illud fit, hoc eſt Deo, non naturali: facit autem hoc Deus tres ob cauſas. Vna eſt, vt detectus auctor criminis, debitas pœnas luat, non pro eo alius: Alia eſt, vt declaret hominibus, quàm ſit facinus illud deteſtandum. Tertiò, curare noſtra, non deſpicere, vt multi impiè ſenſerunt. Quare cum raro, aut nūquam ab hac cauſa incaleſcere, vſq; adeo poſſit occiſi ſanguis, vt bulliat, & è vulnere prodeat, rarò aut numquā cadauer naturaliter cruētabit. Ne tamen frequenter ad miracula cogaris confugere, ſcias plerumque vulneratos videri mortuos, nondum tamen extinctos, atque ex illis ſanguinē prodire plerumque, rariſſimè ex ijs qui vere ſunt mortui.

Scias inſuper ſanguinē prodire à vulneribus quandoque, quia agitatur ab alijs cadauer, & illius vulnera contrectātur: alias contingere hoc ipſum, quia ob naturalem quamdam ſympathiam, ſāguis qui in occiſo, tentat accurrere ad illum quo inficitur plerumq; homicida, quemadmodum magnetem produnt multi hanc ob cauſam ad ferrum accurrere.

Cæterùm quando nulla in cadauere remanet facultas animæ, quidquid alij dixerint adducenda à nobis eſt cauſa mouens ſanguinem, & excrementa expellens, quod nō admodum difficile; nam ſi ferantur illa ad partes imas, dici facilè poteſt, moueri ea excrementa per ſe à propria ipſorum natura, per accidens vero à remouente prohibens. ſcilicet, vt lapis detentus ſupra, remoto impedimento, à propria impulſus grauitate delabitur: haud ſecus, remoto impedimento, hoc eſt facultate contentrice corrupta, ſuoptè ingenio à propria impulſa grauitate deſcendent: & veluti ineptè quiſque lapidis deſcenſum, in aliam referret cauſam, quā in propriam lapidis grauitatem:

uitatem: ſic ſtolidè faciet, qui ab alia cauſa vellet, hæc excrementa pelli è cadauere, quam à propria eorum grauitate impulſa.

Hinc declaratur Galenus; dicit Galenus, & Medici omnes, fieri quandoque aliquam excretionem, pellente natura: à facultate aliàs nequaq; continere valente. Non retinere excrementa; eſt quid negatiuum: non ergo effectum poterit poſitiuum facere.

Re vera effectus ille non procedit totaliter à facultate tenere nequeunte, ſed ab illa per accidẽs procedit, per ſe à propria humorũ grauitate. Quod ſi non delabatur deorſum humor, ſed ad partes ſupernas recurrat, cõtinget illud ob impetum ſibi impreſſum. Poterit autem imprimi, vel ab anima, nam, & in proiectis impetus ſeruatur, quamquam perierit proijciens, vel à frigiditate cõſtringente, & conſtrictione exprimente, quidquid continebatur in parte: aut producetur, tertio à flatuoſa aliqua ſubſtantia ſurſum ſuo impetu lata. Nimirum, cum ſit homo paruus mundus, contingit fieri in homine quæcumque in magno hoc orbe gignuntur. Propterea, vt in magnò hoc mundo geuitus quandoq; flatus in Terræ Cauitatibus, & hac illac motus, motuque inflammatus, cum non poſſit in anguſtis cauernulis contineri, ac propterea dùm ampliorem quærit locum, diſrumpit cauernas: nec tantùm terram quatit, & proijcit, ſed & integros mõtes, vnde inſulæ multæ extiterunt: haud ſecus ſi gignatur in cadauere flatus, nihil autem flatus prohibet gigni, poterit ille, dum ampliorem locum quærit, diſrumpere venam, aut aliam noſtri corporis partẽ, & foras erumpens vna effundere ſanguinẽ, corporiſue excremẽta: Et veluti Boreas ſpongiam aqua repletam exiccat; non ſolũ quia qualitate ſicca, quam habet, corrumpit aquam, ſed hanc ob cauſam, & quoniam conſtricta ſpongia exprimit aquã omnem, quæ in ipſa continebatur, vnde ſtillatim illam videmus defluere: haud ſecus poterit hic idem ventus, aut alia cauſa refrigerandi, & conſtringẽdi vim habens, conſtrictione è cerebro, aut alia quaque noſtri corporis parte, quidquid in ipſo continebatur exprimere.

Obijcies, cadauer eſt frigidum, cõcreſcet itaque ſanguis. Quare nequaquam fluere poterit naturaliter. Poſſem huic obiectioni breuiter ſatisfacere. Quoniam verò, ſi explicetur cauſa concretionis ſanguinis, & fluxibilitatis, multis alijs difficultatibus enodandis conducet, immorabor propterea in indagãda cauſa huius euentus, ſequenti tamen capite, ne excreſcat iſtud plus iuſto.

De

Digitized by Google

De cauſis concretionis ſanguinis, & fluxibilitatis.

Cap. 22.

COmmunis ferè omnium ſententia fuit, concretionem ſanguinis, fibris, quæ in ipſo ſunt, eſſe referendam. Ita Hippoc. lib. de carn. Ariſt. 4. Metheor. 2. de par. c. 4. 3. de hiſtor. c. 6. & paſſim alibi. Eamdem habuit Galenus ſententiam, nam volens probare 2. de elem. 2. ſanguinem non eſſe quid ſimplex, ſed & fibras in ipſo contineri, inde illud probat, quia ſi ex ipſo detrahantur, iam non amplius concreſcet. Adhæſere principibus hiſce viris poſteriores omnes, authoritatis nequaquam contemnendæ, vt Fernel. 6. part. nat. c. 7. Valleſ. 1. controu. 15. Roderig. Vega. 3. de loc. aff. ſect. 3. & Petrus Garſ. diſp. 20. ſuper Auic. doctr. 4. cap. 1. Viderant enim Ariſt. haud quidem legiſlatorum more, hæc decreuiſſe, ſed multis argumentis, nec ijs vulgaribus comprobaſſe.

Suaſit hoc primum 4. Metheor. quia ceruorum ſanguis non concreſcit, cum tamen ab aliorum animãtium ſanguine, ea tantùm ratione differat, nēpè quia caret fibris.

Confirmauit ſecundò, quia nullus ſanguis, detractis fibris concreſcit: vnde non concreſcit ſanguis noſter, tepidam in aquam effuſus, eam vt patet ob cauſam, quia ſecretæ à ſanguine fibræ, peluis fundo hærent: eamque ob cauſam Medici, cum ſanguinem è pede extractum, qualis ſit, cupiunt dignoſcere, agitant primum aquam, vt quæ, & quantæ fibræ fundo vaſis hæreant, intueri poſſint.

Probauit idem tertio, quia morboſi ſanguines, hoc eſt pituitoſi, & aquoſi, non concreſcunt. Nimirum idem contingit in ſanguine, quod & lacti; *Sunt enim* dicebat idem Philoſophus, *& lac, & ſanguis amborum quidem communia, & aquæ, & terræ, magis autem, ac plurimum terræ.* Vt itaque pars lactis caſeoſa: eſt autem hæc terreſtris, & groſſa, impoſito coagulo concreſcit, ſerum verò numquam concreſcit, nam aqua eſt, aqua verò concreſcere nequit, ſed vniuerſa in vapores diſſoluitur: eodem modo, concretionis ſanguinis, terreſtris eius portio cauſa eſt: eſt autem pars terreſtris villus, ſeù fibræ. Inſuper vt illud lac, quod parum caſei habet, multum ſeri, exiguum præbet alimentum, & difficulter cōcreſcit: contra lac caſeoſum, & citò concreſcit, & multum valet nutrire: haud ſecus fibroſus ſanguis, qualis eſt taurorũ, mox concreſcit: tenuis, feroſus, aquoſus, nequaquam.

Addidit huic cauſæ aliam Vega; putat itaque cauſam, cur ſanguis concreſcat, non eſſe fibras tantum, ſed pinguem portionem ipſius. *Sanguis* inquit,

quit, *inter humores ſolus concreſcit, ſiuè concretio ad fibras referenda ſit, quod Ariſtoteli placuit; euenit enim, vt detractis fibris non concreſcat; ſiuè quod manifeſtius eſt, ob pinguedinem, quæ refrigerata gelaſcit.* Dûm autem à fibris ſanguinem concreſcere docet Ariſtoteles, à pingui ſubſtantia Vega: haud credēdum in ea fuiſſe ſentententia Ariſtotelem, vt à fibris tantum, nulla alia cauſa cooperante, concretionem fieri voluerit; ſed ab hac, & calore reſoluente, ſiue frigiditate condenſante. Certum hoc nam eodem 4. Metheor. ſcripſit. *Quæ aqueam habent naturam, concreſcunt à frigido; à calore terrea; à calore, & frigore, quæ partim ſunt aquea, partim terrea, vt ſanguis, & alia eiuſdem naturæ:* Itaque partialis cauſa concretionis, ſunt fibræ, nam niſi his eſſet ſanguis confertus, non poſſet modo aliquo ſanguis vel in calido ambiēte repoſitus, mox concreſcere: requiritur præter hanc cauſam alia, calor nempè reſoluens, & frigus condenſans.

At petes. Si ſufficiens cauſa concretionis ſanguinis, & fibra eſt, & calor, aut frigiditas: cur cum fibras habeat in venis contentus, ſitque adhuc calor reſoluere valens, ſeruatur nihilominus liquidus, non concretus? cumque animali mortuo frigeat cadauer, algeatque: cur non concreſcit continuò in cadauere ſanguis, ſed quandoq; liquidus manat, vt ſupra multis hiſtorijs probauimus? Tertiò petes, ſi hæc cauſa concretionis ſanguinis, vnde eſt, quod concretus extra venas, iterum quandoque eliquatur denuò idem poſt eliquationem congelaſcit?

Exiſtimarunt quātum pertinet ad primi problematis ſolutionem, non concreſcere ſanguinem in venis contentum, quia à potentiori cauſa, nempè partis calore, ipſius cōcretio impeditur.

Fern. à venarum proprietate aútumauit id fieri: itaq; nihil docet, ſed īgenuè fatetur illius euentus cauſam ignorare. Tentarunt alij cauſam aliquā afferre, ſed in ea aſſignanda hallucinati sūt miſere, & à veritate multum aberrarunt; ſi enim hanc ob cauſam ſanguis in venis non concreſceret, non eſſet sāguis ſua natura humor, quādo ſanguis ſua natura non eſſet liquidus: vnde ſemper eſſet ille in ſtatu præternaturali quandoquidem ſemper liquidus cōtinetur, cū tamen à pinguedine, & fibris deberet concreſcere.

Aliam itaque eſſe arbitror cauſam illius problematis, quā non erit difficile aſſignare, ſi intelligatur primum, qua via calor faciat concretionem. Propterea ante omnia præmittere oportet, concreſcere mixta à calore, facta humidarum partium, & tenuium exhalatione. Ariſt. 4 Metheor. *Quæcumque, inquit, communia terra, & aqua, & ab igne concre-*

Digitized by Google

ſcunt,& à frigido: incraſſantur autem ab ambobus: eſt autem, vt eodem modo, eſt vt aliter; à calido quidem humidum educente: euaporante verò humido, incraſſatur ſiccum, & conſiſtit: à frigido autem humidum exprimendo, in quo humidum ſimul recedit. Iam verò vbi ſanguis in venis,quæ miram obtinuere denſitatem continetur,nō poteſt tantam pati à calore, tenuium partium reſolutionem, vt incraſſetur. Quare concreſcere nullo modo poterit.Cōtra vbi à venis ad vteri, aut thoracis cauitatem delabitur, quia in loco eſt, vbi poſſunt tenuiores eius particulæ,& humidiores exhalare; propterea fit,vt in thoracis, aut vteri cauitate concreſcat, nec concreſcat modo aliquo in venis, ni cauſa aliqua præter naturam accedat:quod contigiſſe quandoque teſtatur Petrus Salius cap.4 de affectibus particularibus.

Secundò problemati cùm quidam ſatisfacere non potuiſſent,cōfugerunt ad Deum.Putarunt itaque non poſſe naturaliter è cadauere ſanguinem manare,quod cum falſum eſſe ex ijs,quæ cap.ſuperiori retulimus,apertè cōſtet,dicere magis expedit, non concreſcere ſemper in cadauere ſanguinē, quia non habet quiuis ſanguis, tot fibras,& tantas,vt à cadaueris frigore concreſcere poſſit;tunc enim illa frigiditas ſatis eſt, cū eſt ſanguis fibroſus: vbi eſt ſeroſus,& aqueus,quēadmodum frigus illud cadaueris,nō poteſt facere, vt aqua concreſcat: ſic impotens erit idem ad inducendam concretionem in ſanguine. huiuſmodi ſanguine cum ſcateāt ſenes, mulieres, & partes extremæ, frigidæq; noſtri corporis; illi enim ob ætatem, ob ſexum mulieres, ob imbecillitatē caloris omnes,cùm nequeāt perfectè concoquere, ſanguinem diminutè coctum congerunt; quare aquoſum,& ad concreſcendum ineptum,aptum verò, vt vel ex algente cadauere fluat, potiſſimum verò è partibus extremis, & in vniuerſū ijs omnibus,quæ ichoroſo ſanguine abundant:propterea fit, vt frequenter ab his ſanguis fluat.

In tertio problemate duo quæruntur. Primum eſt, cur extractus è corpore ſanguis, & concretus, liqueſcat denuò. Secundum, cur eliquatus denuò concreſcat.

Primi problematis duæ rationes aſſignari poſſunt.Poteſt primū fieri,vt ſanguis concretus liqueſcat, corruptis progreſſu temporis fibris,ſeu villis ſanguinis, qui erant cauſa partialis ſaltem, vt dictum, cur ſanguis concreſceret. Poteſt ſecūdo idem fieri, ab immodica humiditate, vnionem partium componentium ſanguinem diſſoluente,& laxāte; enimuerò cū ſanguis ſit aqueæ, & terreæ naturæ,continget ob eaſdem cauſas liqueſcere, & cōcreſcere,à quibus Sal liquatur.

tur. At liquatur ſal à multa humiditate. Quare poterit ſanguis ab eadem liquari: vnde, & denuò concreſcere, vt ſecundo problemati ſatisfiat, nàm & ſal denuò concreſcit, ſi denuò amiſſa humiditate, ſiccum fiat. Quamobrem cum ſalua ſalis, & ſanguinis ſubſtantia, & concreſcere poſſit, & ſiccari: poterit quandoq; ſanguis, pro varia aeris mutatione, aut alia cauſa ipſum permutare valente, nunc liqueſcere, nunc concreſcere, & has mutationes, cùm ſint accidentales, multoties pati.

Huiuſmodi cauſæ, cùm nullum locum habeant in ſanguine Sancti Ianuarij, nàm quocumq; tempore è capitis regione ponitur, ſtatim eliquatur, & bullit, non poteſt naturalis aliqua cauſa illius eliquationis effingi, ſed neceſſariò ad ſupernaturalem recurrere oportet, & exclamare, quàm admirabilis Deus in Sanctis ſuis.

Num ratio, qua monſtratum eſt poſſe è cadauere ſanguinem manare naturaliter, quia è Chriſti latere vulnerato ſanguis exiuit, & aqua, ſit ſufficiens. Cap. 23.

NOn videtur duas ob caſas. Prima eſt, quia Chriſtus non fuit lancea vulneratus poſt mortẽ, ſed adhuc viuens; debebat enim eò vſq; pati quouſq; facta eſſet humana redemptio. Quare cum eſſet illa per mortẽ abſoluta, nulla erat ratio, cur mortu* poſtea vulneraretur. Ob eãdem cauſã concludit Diuus Thomas, corpus Chriſti in ſepulchro, non conuerſum in cineres, nam non ſolùm, non decebat, vt amplius pateretur, ſed expediebat honorari, vt ſimul, & homo, & Deus cognoſceretur; vnde ſepultum honorificè fuit.

Videtur inſuper inſufficiẽs, & inepta petita inde ratio, quia ſanguis ille, non prodijt naturaliter, vt docet Suarez. q. 41. ſuper tertiã partem D. Thom. tom. 2. ſect. prima, & alij ab ipſo citati. Erat autem in quæſtione poſitum, an naturaliter poſſet ſanguis è cadauere fluere.

Dicimus nihilominus ſufficienter propoſitum adducta experientia probari. Ratio eſt, quia mortuo Chriſto, fuit vulneratum eius latus, & latere aperto, naturaliter ſanguis, exiuit, & aqua. Poſt Chriſti mortem, lancea latus fuiſſe vulneratum, & apertum, fide conſtat; ſcribitur. n. Ioannis 29. *ad Ieſum autem cum veniſſent, vt viderunt eum iàm mortuum, non fregerunt eius crura, ſed vnus militum lancea latus eius aperuit.* Probatur quoq; ſufficienter à Patre Suarez. cit. loc. & Aduerſariorum rationi fit ſatis. Quare id tantùm remanet probandum, & ſanguinem, & aquam è corpore ipſius fluxiſſe naturaliter: id quod quia facilè admittent omnes, ſi

Digitized by Google

naturæ viribus, poſſe hoc fieri monſtremus, nàm numquam ad miracula citra neceſſitatem confugere oportet, eia age, hoc agamus. Qui ſanguinem negant, poſſe è cadauere fluere, ea nixi ratione negant, quia putant à cadaueris frigore neceſſario ſanguinem concreſcere. At vero monſtratum ſuperiori cap. à nobis eſt, non neceſſariò hoc contingere, ſed alias, & longè diuerſas, eſſe cauſas concretionis ſanguinis, & fluxibilitatis. Quare non eſt immorandum in re hac demõſtranda, ne actum agamus. Remanet ergo id dumtaxat monſtrandum, quod non dùm declaratum, poſſe aquam, è vulnerato corde naturaliter fluere. Ne tamen in æquiuocis laboremus, præmittere iuuat, non eſſe controuerſiam, an poſita aqua in pericardio, eoq; adaperto, poſſit fluere: poſſe .n. admittunt omnes; fluxurã itaq; negant, quia nullam eſſe docent in pericardio aquam, in hanc ſententiam ducti, à cordis feruore fortaſsè, qui frigidæ ſubſtantiæ generationem, neceſſariò impediet, vel diſſipabit genitam, nec patietur ibi diurnare. At vero quamquam ſit aliqualis controuerſia, an in pericardio, animalis viuentis aqua aliqua contineatur; vult.n. Vega, mortuo iàm animali illam gigni: omnes tamen admittũt, in hominis extincti pericardio naturaliter aquam reperiri. Quare cùm mortuo Chriſto, lancea latus vulneratum fuerit, iàm naturaliter aqua in pericardio Chriſti, continebatur, & fluxit. Adde quod, & illud certà eſt experientia comprobatum, reperiri eamdem aquam in homine viuẽte, & ſano. Obſeruauit hanc Veſalius, & illam, nedum inuenit in porcis canibus, licet, in his minus, plus in porcis, ſed & in corde humano; nam cùm Bononiæ, viuenti adhuc huomini, ſenatus decreto, cor abſtraheretur, & Tragediæ, vt ipſe ſcribit adeſſet, aquam hanc obſeruauit. Eamdem exactius obſeruaſſe Patauij teſtatur; nàm *huius* inquit *aquæ inuendæ cupidi, pulſans adhuc cor, cùm pulmone, reliquiſq; viſceribus, illicò ac exemptum fuit, in proximam Pharmacopolæ officinam deferri curauimus, & in inuolucro aquam non nullam reperimus*: nec aliter certè licet, de re hac opinari, ſiquis naturæ inſtituta perpendat exactè; videbit enim hic facilè, hoc eſſe naturæ inſtitutum, vt propè omnem partem, quę cõtinuò mouetur, multum humidæ, aquoſæq; ſubſtantiæ apponat, ne motu igneſcat. Sic multa reperitur in oculo aqua: multa in membranis, quæ coſtas ſubcingunt, quo fit, vt vulnerato thorace, ſemper aqua multa inde manet: nec exigua eſt, quàm in quouis articulo, ob eamdem cauſam immiſit natura. Enimuerò ſi curruum rotæ, leui ex motu igneſcunt: & niſi vngantur, & aqua affundantur, corrumpuntur breui;

ui; quid futurum in articulis eſſet, qui neq; ita frigidi ſunt, neque ita remoti à fonte caloris? Quod ſi propè omnes partes, quæ mouentur, vel in ipſiſmet partibus (vſque adeò fuit ſollicita natura, ne inflammarentur à motu) aut aquam appoſuit, aut aquoſam ſubſtantiam: cur credemus in cordis, nobiliſſimi viſceris formatione, fuiſſe ſui muneris oblitam? præſertim cum indigentia huius præſidij, ſit tanto maior, quanto cor eſt alijs partibus calidius, quanto ſanguine calidiore abundat, & ſpiritibus: quantò demum multò magis, quàm quæcumque alia pars, continuo motu agitatur. Præterea non poteſt aqua illa poſt mortem gigni, vt Vega putauit. Quare neceſſariò admittenda in viuente. Antecedens probatur, reiecta cauſa, à qua Vega voluit aquam illam progigni. Putauit dictus Auctor gigni poſt mortem in pericardio aquam, non quia elati ad cor vapores, à cadaueris frigore in aquam verſantur; gigneretur enim in quauis parte, etſi quantitate minori, aliquid aquoſæ ſubſtantiæ: ſed fieri putat, quia à puro calore, hoc eſt elemetali eliquata pinguedo, in aquam conuertitur. At verò abſurdum eſt hoc, & improbabile; nam nõ eſt tantus in animali mortuo adhuc calor, eliquare vt valeat. Quare nequaquam poſt mortem illa gignitur, ſed viuente animali. Quod ſi quæras: qui fieri poteſt, vt à corde, calidiſſimo viſcere, gignatur aqua? Dicam, aliud eſſe aquam in pericardio gigni, aliud eſt aquam in pericardio colligi: hoc verum; primum falſum. Colligitur ibi autem, quia partim exſudat è venis, & arterijs, à multo cordis calore rarefactis: partim verò potulentæ ſubſtantiæ per pulmonem ad ipſum defertur; Etenim ſufficienter Hipp. quidquid Ariſtotiles dixerit, illa experientia probauit, partem potius ad pulmonem deferri: quia occiſo porco, qui paulò anteà aquã lutulentam biberat, inuenti ſunt pulmones, eodem aquæ colore infecti. Quamquam nec ſi in corde, & à corde eamdem gigni autumemus, aliquod inuoluit abſurdum; eſt enim cordis caro hetherogenea, & altera valdè calida, minus alia caloris obtinuit. Quare, vt elati ab olla ebulliente vapores ad eiuſdem operculum, in aquam concreſcunt; non video, cur non idem in corde contingere poſſet. Non contingit idem in quacumque alia parte corporis; nam neque quæuis tantum habet caloris, quantum ſatis eſt gignendis vaporibus, neque alia eſt, quæ contineat genitos, nec prodire permittat.

Ex dictis intelligere licèt, quàm longè à veritate abierũt ij omnes, qui cum intelligere non poſſent, quo pacto poſſet aqua in corde congeri, vel à corde gigni, negarunt è latere

E 3 Chriſti,

Digitized by Google

Chriſti, veram aquam ſcaturijſſe, & phlegma eſſe autumarunt, & aquoſum humorẽ; Enimuerò ſi feruor cordis impedit, quominus aqua gignatur, impedire idem potuiſſet, ne phlegma gignatur, quod pari pacto frigidum eſt, & humidum. Minus à veritate ijdẽ receſſiſſent, ſi autumaſſent, lac vnà cum ſanguine effluxiſſe, non phlegma; nam lac plerumque, ex eorum venis emanaſſe, quibus caput eſt obtruncatum, hoc eſt roridam quãdam ſubſtantiam, & ſecundas humiditates, frequẽti experiẽtia eſt comprobatum. receſſiſſent nihilo tamen minus à veritate, ſiquidem ſacra littera, cuius ſenſus extorqueri non debet, aquam fluxiſſe teſtatur, non phlegma, non lac, aut ſecundas humiditates.

Cœterum, quamquam naturaliter, è Chriſti latere aperto, potuerit cum ſanguis, tùm aqua manare; agnoſco nihilominus multa, quæ vires naturæ exceſſere; admiror primum exitũ aquæ ſic diſtinctæ à sãguine, vt potuerit obſeruari diſtinctio; neque enim, aut ſanguis aquoſus fluxit, aut aqua ſanguinolenta, ſed ſanguis, & aqua: quod reſpiciens Euangeliſta fortaſſe dixit. *Et qui vidit teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimonium eius.*

Exceſſit ſecundo vires naturæ ſaltus aquæ, & ſanguinis extra corpus; enimuerò tametſi è vulnerato Chriſti latere, manare naturaliter potuiſſet, & ſanguis, & aqua, non poterat tamen naturaliter extra pectoris cauitatẽ effundi, ſed ibidem colligi, cum ſanguis, tùm aqua debebat. Quare quod extra effuſa fuerit tanta aquæ, & ſanguinis copia, hoc pariter naturæ vires exceſſit, vt optimè aduertit Nuguez in 3. D. Tho. q. 66. art. 4. his verbis, *creditur fuiſſe ſupernaturale, quod ex corpore ita grauiter vulnerato, & ex quo fluxerat ſanguis in tanta quantitate, quod tunc etiam flueret in magna quantitate, vt fluxit.*

Obijcies ſanguis Chriſti nõ erat ſeroſus, & aqueus, vegetũ enim habebat Chriſtus calorẽ, nam temparatus, & in ætate florenti: fibroſum itaque ſanguinem procreabat, & aptum concreſcere. Miraculo ergo factum eſt, vt liquidus ſeruaretur, & flueret. Confirmatur; nam ferè omnes Theologi docent, non poſſe naturaliter è cadauere ſanguinem manare: vnde S. Thom. cap. 29. Ioannis, *Valdè*, inquit, *miraculoſum eſt, quod de corpore mortui, in quo congelatus eſt ſanguis, ſanguis exeat.* Beda epiſt. 1. Ioan. cap. 5. ait, *Sanguis, & aqua de latere mortui effluxerunt, quod erat contra naturam corporis mortuorum.* Euthim. *res* inquit, *eſt ſupra naturam, ac man feſtè docens, quod maior, quam homo eſt, qui vulneratus fuerat: ſiquidem à mortuo homine etiã ſi millies, quis eum pupugerit, non*

exibit

exibit ſanguis. Ambroſ.lib.10. cap.23.Lucæ, *Licet* ait, *verus ſanguis exierit, miraculoſum tamen fuit exiſſe ſanguinem, ex mortuo: cum poſt mortem ſanguis congeletur.*

Reſpondeo quod pertinet ad auctoritatem, Theologis, & ſanctiſſimis Viris, tunc eſſe firmiter adhærendum, & ne tantillum quidem recedendum, quãdo de rebus fidei loquuntur, vt ſancti, hoc eſt tamquam diuino afflati ſpiritu: vbi diſputant de re aliqua phyſica, vt Philoſophi: tunc temporis, non eſt eorum auctoritas perpendenda, ſed rationum momenta ponderanda. Quamobrem cũ ſit phyſica hæc quæſtio, & perſuadeat ratio, poſſe è cadauere, ſanguinem naturaliter fluere, huic potius, quã auctoritati adhærendũ. Proinde examinemus rationem adductam. Perſuaderet quidem illa mihi, ſupernaturalem fuiſſe fluxum illum ſanguinis è latere Chriſti, ni multa occurrerent, quæ docent, ſeroſum quidem ſanguinem, nõ benè concoctum congeſſiſſe: non vitio temperamenti, agnoſco enim in Chriſto exactam qualitatũ ſymmetriam, ſed alimentorũ, quæ mali ſucci; quia parum dormiebat, quia multis conflictabatur pro paſſionibus animi triſtitiæ, & doloris. Et quidem, ſi certùm id eſſet, quod ſupponit ratio, non potuiſſet naturaliter, è corpore Chriſti cruentus ſudor manare, tenuis enim ſanguis, & ichoroſus, per cutim poteſt emitti, non fibroſus, & craſſus. Ergo cum exudarit ichoroſum, & tenuẽ ſanguinem, potuit idem in corpore ſtagnans, non concreſcere, & ex aperto latere, naturaliter fluere. Cæterùm ſi quis adhuc proteruiendo contendat, temerarium eſſe, à tot doctiſſimis Viris diſſentire, legat idẽ Franciſcum Collium Theologum lib.4. de ſanguine Chriſti cap.4. nam quamquam ipſe communem Patrum ſententiã ſequatur, cenſet tamen contrariam, quam nos tuemur, nec temerariam eſſe, nec aliquod abſurdum inuoluere. Legat idem Honofrij Mareſcal Hiſpani in Acad. Barcinonenſi Publici S. T. Profeſſoris peculiarẽ tractatum de vulnere lateris Chriſti, nam cap.4. eius libelli, ſententiam hanc tuetur, & probat. Et Dydacum Nuguez Regentẽ Collegij S. Gregorij Valleſoletani in 3. tom. D. Thom. q.66. art.4. verſ. circa ſolutionem, nam eãdem ſententiam ſequitur, & argumentis confirmat, dicitq; probabile eſſe quod fuerit ſupernaturale; & ſimpliciter credendum cẽſet ſupernaturalẽ fuiſſe quantum ad quantitatem, in quo ſenſu Patres citatos loquutos eſſe cenſent quidam in eorum lectione multum verſati.

Digitized by Google

Sit ne cremandum corpus extinctum, & lotum.

Cap. 24.

COmmunis fuit omnium opinio, aut eſſe ſepeliendum cadauer, aut cremādum. Vtrum tamen eligibilius, dubium; nam non vnum apud omnes votum.

Cremare placuit quibuſdā hæreticis, vt refert Gretſerius lib. 2. de funere Chriſtiano, & alijs multis ob has rationes.

Prima eſt, quia nonnullum inſtat diſcrimen, ne ex fœtore cadauerum inficiamur.

Secundo, quia honoratior multò eſt cita illa incineratio, facta opera ignis, elemēti alioquin nobiliſſimi, quàm quæ annorum ſerie inducitur; hac enim vitamus, quominus nobiliſſimū corpus rodatur à vermibus, & mille alijs viſu fędis, immundiſque animalculis; & illud ſcripturæ magis verificabitur, puluis es, & in puluerem reuerteris.

Comprobant tertiò, combuſtionem, quia cadauere in cinerem mox redacto, nō poterit aſſumi à Dęmone, moueri, & hac arte nos millies fallere, timoremq; incutere. Facilius demū anima effracto pectoris carcere, membriſq; exuta mortalibus, & ab eorū ſordibus expurgata, ad lucidiſſima ſydera, quæ ſunt propria eius ſedes conuolabit. Quod ſi grauiſſimorum hominū auctoritas valet multum ad cōprobandam aliquam ſententiam, erit certè placitum hoc de comburēdo cadauere, amplectēdum; ſiquidem Romani illi, quos, & armis, & rerum agendarum prudentia, excelluiſſe cæteris, eſt certum, cremabant corpora, eorumque cineres, quibuſdam cęremonijs collectos, & in vrna repoſitos adſeruabant. Nec ſecus ſenſere Græci; vt patet ex Platone in Phœdon. Luciano in l.b. de luct. Hom. & alijs multis, vnde Epigramma Grœcum.

Thrax puer, adſtricto glacie, dum ludit in Hebro,
Frigore concretas, pondere rupit aquas;
Dumq; imæ partes rapido traherentur ab amne,
Abſcidit, heu tenerum, lubrica teſta caput:
Orba, quod inuentum mater, dum conderet vrna,
Hoc peperi flammis, cætera dixit aquis.

Troianis quoque idem in more, vnde Hecuba apud Sen. in Troade. *Ille tot Regum parens*
Caret ſepulchro Priamus, &
flamma indiget
Ardente Troia.

Quando itaq; & ratio probat, eſſe cremanda cadauera, & exempla grauiſsimorū hominum hoc idem confirmant, hoc eſſe faciendum videtur.

Sed nec rationes me mouēt, nec exempla: non iſta; nam vt à Romanis incipiam: non minus fuit in more apud illos,

humare

humare cadauera, quam cremare. Poſſem ego hoc multis demonſtrare: ſatis tamen erit legem 12 tabularum afferre, in qua illud legebatur *Hominem mortuum, in vrbe ne ſepelito, neuè vrito*. Imò ſi ex horum ſenſu, Romanorũ nempè, & Græcorum, decidenda lis erit, intelligemus ſtatim, humanda eſſe cadauera; nam humatio ab illis laudata, non combuſtio; illam enim elegerunt: hanc coacti admiſere. Plin. lib. 7. cap. 54. *Poſtquam* inquit, *longinquis bellis, obrutos erui cognouerunt, tunc inſtitutum*, ſcilicet, vt cremarent, *vnde quia veritus eſt Sylla talionem, quippè qui Caij Marij ſibi infeſtiſsimi hoſtis cadauer eruerat, vt cremaretur mandauit, tametſi nullus è Corneliorum familia, e qua erat Sylla, crematus fuiſſet*. Ad idem faciunt, quæ de huius conſuetudinis initio leguntur apud Euſtathium. Petierat, & obnixè petierat Hercules à Licimnia, vt vna ſecum familiarem Ægeum, ac ipſius Licimniæ filium, aduerſus Laomedontem, à quo grauiter læſus erat, mitteret. Renuit at Licimnia, quia paulò antea Eoum alterum filium, bello Lacedemonico amiſerat: Sed renuentem licèt, induxit tamen, de reducẽdo Ægeo iureiurando obſtrictus. Proficiſcitur itaque ad bellum: pugnat, & in pugna cadit. Quid igitur faceret Hercules, diũ cunctatus, comburi tandem ipſum curat, oſſaque, & cineres ad patrem remittit, hoc modo fidem ſuam ſoluiſſe, & periurij crimen effugiſſe arbitratus. Adde, quod imperantibus Antoninis, vt Alexander ab Alexandro 3. dier. gen. c. 2. teſtatur, abolita fuit dicta conſuetudo, humique condi cadauera cęperũt, vt quæ ex aqua, auctore Thalete conſtarent, diſſoluerentur pariter in humorem.

Non omnes præterea comburebantur; nam neque fulmine ictos fas erat rogis imponere, nec puerum ante dentitionem, vt auctor eſt Plinius lib. 7. c. 16. vnde Iuuenal.

vel terra clauditur infans
Et minor igne rogi.

Nec omnes partes corporis igne permittebant conſumi, nam non oſſa, vnde Virgil. 6. Aeneid. de Miſeni funere.

Oſſaq; lecta cado, texit Chorineus, aheno.

Et Mart. lib. 8. de Picente.

Tres habuit dentes, pariter quos expuit omnes,
Ad tumulum Picens, dum ſedet ipſe ſuum.
Collegitque ſinu fragmenta nouiſsima fracti
Oris, & aggeſta contumulauit humo.
Oſſa licet quondam defuncti, non legat hæres:
Hoc ſibi iam Picens, præſtitit officium.

Et ad Soſibianum procraſtinantem ſuorum librorum editionem.

Plena laboratis habeas, cum ſcrinia cartis:

Emit-

Emittis quare, Soſibiane nihil?
Edent hæredes inquis mea carmina; quando:
Tempus erat iam te, Soſibiane legi.

Vbi verbum illud, legi, ſtat pro ambiguo: & quamuis videatur ſonare, tempus eſſe iam, vt legerentur eius ſcripta, acutius tamen redditur Epigramma, ſi non de libri lectione, ſed de collectione oſſium intelligatur. Idem in more apud Græcos, vt conſtat ex iis, quæ ſcripſit Homer. lib. 23. de funere Patrocli, & 24. de funere Hectoris, & Achillis. Troianis quoque hoc in vſu, vt colligitur ex Seneca in Troade, vbi inducit Andromacham, hæc ſecum obmurmurantem, poſtquam mandarat Vlyſſes, vt Hectoris, ſui quondam dulciſſimi viri, diſijceretur cinis, ni Aſtianactam filium ipſi traderet.

proruius tumulo cinis
Mergetur? oſſa fluctibus ſpargi ſinam?
Potiùs hic mortem oppetat.

Digitum demum, aut aliud os ijdem ad agendum luctum abſcindebant, vt 2. de legibus teſtatur Cicer. *Erant* inquit, *qui exερὰν mortuo digitum præciderent, ad quem ſeruatum iuſta fierent poſtmodum, quoties vellent luctū inſtaurare,* Feſtus. *membrum abſcindi mortuo dicebatur, cum digitus eius decidebatur, ad quod ſeruatum, iuſta fierent, reliquo corpore combuſto.* Atque hinc ſoluitur euidens quædam contradictio, ſiquidem in lege 12. tabul. hæc ſcripta habebantur. *Homini mortuo oſſa ne legito*, cum tamen omnes oſſa legere ſit demonſtratum. Nimirum aliud eſt, hominis mortui oſſa legere: aliud homini mortuo oſſa legere. Prima propoſitio ſignificat collectionem oſſium, quæ non amplius vna hærent: ſecunda extractionem oſſis à cadauere factam, nam legere pro auferre, & adimere, dixerunt veteres. Vnde ſacrilegus dicitur, qui aufert Deo res conſecratas. Hanc conſuetudinem lex illa 12. tabul. abolet, non primam.

Demus tandem cremaſſe Romanos cadauera omnia, partes omnes cadaueris, & ſemper id ſeruaſſe, tùm Romanos, cum Græcos: an propterea moueret me horum exemplum? minimè verò, nam coacti combuſtione ſunt vſi, vel ad vitandas iniurias, quæ mortuis inferri ſolebant, vel ad vitandum periculum, quod ex cadauerum, non bene humatorum putredine imminebat. Quamquàm nec ſi elegiſſent, imitarer propterea; nam vt mittam Hebræos, qui tumulabant: Ægyptios, & Perſas, qui nefas eſſe arbitrati, ignem rem ſacram profanare defunctis, ſepeliebant ipſos, non cremabant: ex ſacra ſcriptura conſtat, & iure Canonico, indictum eſſe à diuina Sapientia, vt quicumque cum beſtia, aut alio eiuſdem ſexus

coiuerit,

Digitized by Google

coiuerit, comburatur. Quorſum per Deum, ſi honoratior eſſet ſepultura combuſtio, & eligibilior? Sed video quo diriguntur hæc tela mens ſacrilega, cur parentur hæ technæ. Nimirum probas crematione͂, laudaſque, vt hac arte tollatur ſanctarum Reliquiarum adoratio; non enim coli e æ poterunt, ſi nullæ habeantur. Os impurum. Ergo Eccleſia, quæ tantis comitata Sanctoru͂ corporibus læta effulget, ijſdem ſpoliata ſordeſcet? ſiccabitur ergo fons ille perennis D. Nicolai? fons inquam ille, è quo tanta humoris copia continuò manat exuretur? & melius nobiſcum actu͂, ſi Andreæ Amalphitani Fœlicis Nolani Anthiſtitis corpora fuiſſent combuſta? nullus extaret ſanguis Diui Ianuarij, Ioannis, Stephani? At hoc ipſum velles impie, hoc ipſum optares; nam quæ fingis incommoda, re vera ficta, imaginaria: aut recenſe quæſo, quinam ex fœtore cadauerum interempti, ſi qua diligentia decet, ſint ſepulta? nam tuas illas laruas nullus eſt, qui no͂ rideat. Quid? non perterreris contempta vera, & catholica Religione, pœnis Gehe͂næ, & mortuus delicatule times, leues vermiculorum morſiculos? ſed ſint morſus illi grauiſſimi, an non laud bilius corpora condire, quam vrere? Non complebitur inquies illud ſcripturæ, *Puluis es, & in puluerem reuerteris*. Temerarium hominem. Ergo tu melius ſenſa ſcripturæ nouiſti, quam Sancti illi Patres Abrahamus, Iſacus, Ioſephus, Moyſes, quam Auguſtinus, Ambroſius, Gregorius, & alij mille, qui humari corpora propria voluere, non cremari? Apagè hinc nebulo cum tuis nugis, nam Chriſtianis, & Chriſtum, & eius aſſeclas imitari eſt animus: veramque Philoſophiam ſectantibus, ea placet ſententia, quę docet, immediatè animum vniri corpori, & ex ipſo prodire, non vectum aliquo ſpiritu, à quo poſtea vi ignis expolietur, vt malè Academici ſunt opinati, quos ſequutus Heraclitus, combuſtionem laudauit, non humationem.

Qua arte veteres combuſti cadaueris cineres, collegerint, Cap. 25.

DVbitandi ratio eſt multiplex. Prima, quia cinis Cadauerum non habet proprias notas, quibus ſecernatur à cinere lignorum. Secundo quia non tantum Cadauer piræ imponi ſolitu͂, ſed & multa animalia: enimuerò cum crederent veteres Defunctorum animas ſa͂guine delectari, multa animalia mactabant, eaque conijciebant in rogum. Homer. 23. Iliad.

Namque nouem menſæ huic, catuli ante fuere
Atque piræ geminos iugulatos tradidit horum
Magnanimus Troum, bis ſeuaq; pignora ferro.

Quin

Quin & præſtantibus viris, vbi in bello peribant, captiui pro victimis vrebantur. Virgil. lib. 10.

Quatuor hic Iuuenes, totidem quos educat Vfens
Viuentes rapit inferias, quos immolat umbris
Captiuoſque rogi perfundat ſanguine flammas.

Et ij. eiuſdem

Vinxerunt, & poſt terga manus, quos mitteret umbris
Inferias cæſo Spartanus ſanguine flammas.

Ipſi etiam homines, amore quo Defunctos proſequebantur, accenſi, viui in rogum ſeſe proijciebant. Terent. in Andr. Scen. 1. actu 1.

Funus interim
Procedit, ſequimur, ad ſepulturam venimus:
In ignem poſita eſt, fletur, interim hæc ſoror
Quam dixi, ad flammam acceſſit imprudentius
Satis cum periclo.

Senec. lib. 2. declamat. 2. *Quædã ſe maritorum rogis ardentibus addiderunt.* Præterea multa corpora, non raro ſimul cremabant, ſingulisque denis virorum, ſingula muliebria addebant. Factum docet Macrob. lib. 7. cap 7. & facti eam tradit rationem, *vt vnius adiutu, quaſi natura flammei, & ideo celeriter ardentis, cætera conflagrarent.* Qui? ergo fieri potuit, vt tot tantiſque corporibuſque ſimul vſtis potuerint cineres huius cadaueris legere, non alterius, quod vna ſimul crematum?

Adde quod comburebant defunctum vna ſimul cum lecto in quo efferebatur. Tibul.

Flebis, & arſuro poſitum me Delia lecto.

Et cum veſte qua erat indutus. Liuius lib. 4. Decad. 4. *Purpura viri vtemur. Prætexta in magiſtratibus, in Sacerdotijs: nec id, vt viui ſolum habemus inſigne, ſed etiam vt cum eo crememur mortui.* Virgil.

tũ mẽbra toro defleta reponũt,
Purpureaſq; ſuper veſtes.

Viderunt hanc difficultatẽ multi, & in illa ſoluenda laborarunt: aliter tamen alij illam tentarunt euadere.

Natalis Comes lapideas quaſdam arcas, in quibus incluſa vrerentur Cadauera imaginatur, Teophraſti auctoritate ductus, qui lib. de igne hæc ſcripſit, *ac rurſus, cur cadauer quod combuſtum ſit in igne reliquias deſerit: at lapis circularis ex quo ſtiuem faciunt, & vbi alibi talis extiterit, omnia conſumit, & intra ſe concluſa vertit omnia.* *Lib. 1. Mith l. c. p. 13.*

Putant alij è lino quodam Indico, quod igni non eſt obnoxium, factas tunicas, atque ijs operta cremandorum corpora, quo oſſa cinereſque eorũ, à reliquorum cineribus ſepararentur. Nituntur hoc ſuadere Plinij auctoritate, nam lib. 19. cap. 1. hæc ſcripſit de hoc lino. *Inuentum eſt etiam quod ignibus non abſumeretur,*

viuum

vluum id vocant, ardenteſque in focis cõuiuiorũ ex eo vidimus mappas, ſordibus exuſtis ſplendentes magis, quã poſſent aquis. Regũ inde funebres tunicæ corporis favillã à reliquo ſeparant cinere. Huius ſententiæ eſt Dioſcorid. Mattheolus,& alij multi, quamuis nõ ex lino huiuſmodi telam factam credãt, quippè qui nullum lini genus igni putant reſiſtere poſſe, ſed ex quodam lapide amianto vocato.

Confutant vtroſque alij, & Dioſcorid. quidem cum Mattheol. quia nullo certo auctore hoc affirmant, ſed proprio Marte confinxerunt: illos verò, quia tam rara eſt tela ex lapide amianto contexta, nullo vt pacto ſufficere potuerit tot tantiſq; corporibus, quot cremabantur. Neque inquiunt, obſtat locus Plinij, quia nec de Romanis, nec de omnibus gẽtibus, ſed de earum Gentium Regibus apud quas naſcebatur linum illud, habet ſermonem.

Credunt proindè cremandum cadauer ſic fuiſſe locatum in pyra, vt cineres,& oſſa ſeparata manerent, neque aut lignorum, aut reliquorum animantium generibus cõmiſcerentur. Ita Cauſabonus in ad. not. ſupra 2. Sueton. Quid dicendum?

Amplector ego hos omnes dicendi modos, improbo nullum. Puto itaque diſcreuiſſe antiquos crematorum cadauerum cineres, interdum quia in arca illa cremabant, vt eſt opinatus Natalis Comes: alias quia in tela illa, ſiuè ex lino, ſeù amiãto cõficta, inuoluebant: nã ſi hæc neges, quid ad Plinium, quid Theophraſtum? Neque obſtat raritas lini, nam vt dictum, non omnes cremabantur, neq; omnium cineres adſeruabant.

Credo inſuper diſcreuiſſe cineres, cadauere ſupra pyrã locato: & quoniam defuncti vrebantur veſtiti, cogor item dicere, diſcreuiſſe cineres, quia cadauera non vrebantur vſq; adeo, vt vniuerſa in cineres ducerentur: vſtulabantur integris remanentibus oſſibus. Quamobrem cũ cinis appoſitus oſſibus, ſit cinis defuncti, atque hic ex oſſibus poſſit facilè noſci, nam non vruntur, potuere facile cineres diſcernere, diſcretoſque in vrna ſeruare. Ita verò ſeruatos à Romanis, inducor vt credam, quia nulla telæ illius apud ipſos mentio: neque tanta illius telæ copia. Sed quoniam exacta difficultatis huius inquiſitio nihil refert ad abſoluendum quod propoſuimus, hæc ſint ſatis de hac difficultate.

Sint ne humanda cadauera: Cap. 26.

VAriæ de re iſta ſententiæ. Quidam viuentium corporibus Defunctos claudebãt. Exponebant eoſdem alij elementis. Priores in tres ſectas ſunt.

ſunt diſtributi. Alij vulturibus corpora lacerâda obijciebant, alij canibus: alij ea vorabant: vnde ægri, vt Arbiter in Satyricon refert circa finem, obiurgabantur frequenter, quod carnem ſuam facerent peiorem. Qui exponebant cadauera elementis, in quatuor alias ſectas ſunt diſtributi; ſiquidem alij tumulabant: cremabât alij, alij immergebant in mare: aeri demũ alij relinquebât. Animalibus corpora obijciebant voranda Taxilli BRACHMANI, Barcei, Iberi, & Hircani: licet priores quatuor Populi vulturibus: Hircani canibus, quos affluenti cibo nutriebant, lacerandã offerebant, quo factum eſt, vt ſepulchrales canes dicti ij fuerint. Idem in more Parthis dictamque ſepulturam adeò credidere honoratam, vt vniuerſam penè Prouinciam Alexander amiſerit, cum eius Præfectus, hoc emendare tentaſſet, licet Sylu. Italic. priuatim hoc tribuit cadaueribus Regum. Vnde ait

D. Hier. lib. 2. aduerſus Iouinianũ: Strabo. lib. 11. & 16. lib. 13.

Regia, cũ lucem poſuerunt membra, probatum eſt
Hircanis, adhibere canes.

Haud multum ab his differunt Eſſedoni, qui conuentis Propinquis, Parentum cadaueribus, immixtis bouiũ carnibus, veſcebantur: quos imitati Sydones, Parentes quoq; vniuerſos, vno capite excepto, qđ inaurabât, vt teſtis eſt Zenodo. deuorabât. Nec aliter Meſſageti, & Indi, immò ab his illud cœteri didicere, vt lib. primo Herodot. lib. 11. Stabo, Solin. cap. 55. Tertull. in apologet. cap. 9. & alij multi, quibus ſi fides eſt adhibenda, Derbithæ Perſica gens, Hyberniq; efferatiſſimi homines, maximum pietatis, honeſtatiſq; munus crediderunt eſſe, affines, & parentes mortuos comeſſe, quod Chriſippus quoq; Philoſophus, & probare, & litteris proderẽ non dubitauit. In mare immergebant iam longo ceuo confectos Hyperborei, vt teſtatur Plin. lib. 9. cap. 12. his verbis; *Pone eos montes, vltraq; Aquilonem gens fœlix, ſi credimus, quos Hyperboreos appellauere, annoſo degit æuo, fabuloſis celebrata miraculis. Ibi creduntur eſſe mundi cardines, extremiq; ſyderum ambitus: Semeſtri luce, & vna die ſolis auerſi, non vt imperiti dixerunt, ab æquinoctio Verno in Autumnum. Semel in anno ſolſtitia, oriuntur ijs: ſoles, brumaq; ſemel occidunt. Regio aprica, fœlici temperie, omniq; afflatu noxio carens: domus ijs, nemora, luciq; & Deorum cultus viritim, gregatimq; diſcordia ignota, & ægritudo omnis. Mors non niſi ſatietate vitæ epulatis, delibatiſq; ſenibus luxu: & quidam rupe in mare ſalientibus: hoc genus ſepulturæ beatiſſimũ.*

Sacerdotes Phryges mortuos ſuper lapidibus, decem cubitis erectos ſublimes conſtituunt. Contumulabant alij, vt Romani, Grœci, & Populi ferè omnes. Quid eligibilius?

Miſerum eſſe puto obrui flucti-

Digitized by Google

fluctibus; nàm quod ferinum ſit, viuentium dentibus comminutum, viuentium ventribus includi, admittunt omnes, neq; poſthac alios futuros eſſe adeò ferinos arbitror, qui non exhorreſcant propria labia, non dicam parentum, ſed vel inſenſiſſimi hoſtis, carnibus cruentare. Probat hoc primum communis ſenſus hominum. Æneas Dux ille fortiſſimus, quem non hoſtiles congreſſus, non ignis exterruit, infregit tamen humiliter præruptus ille aquæ mons,

Et duplices tendens ad ſydera palmas,
Talia voce refert. O *terq; quaterq; beati,*
Queis ante ora patrum, Troiae ſub mœnibus altis,
Contigit oppetere.

Hippomedon cum diù inter aquas colluctatus, à torrente tandem raperetur, Deos incuſans clamat, & hunc in modum conqueritur

Fluuionè pudet, Mars incly te merges.
Hanc animam, ſegneſq; lacus, & ſtagna ſubibo,
Ceù pecoris cuſtos, ſubiti torrentis iniquis,
Interceptus aquis?

Et licet, non me lateat Pontanum c.7. lib. de fortit. in ea eſſe ſententia, vt dicat, conqueſtum eſſe Æneam, conqueſtum Hippomedontem, non quia aquis obruti ſuffocabātur, ſed quoniam ignauorum more peribant; nullum.n. inter tranſtra, remoſq; fortitudini locum ſentiebant relictum; idq; conetur teſtimonio Herculis probare, qui cùm ſentiret virus intra venas furere his cœlum mugitibus implebat. *Vide Ar. 3. Eth. 6.*

O miſera virtus: ſummus ò Alcidæ dies, *Sen. in Herc. fur.*
Nullum malum proſternit? impendo malè
In nulla vitam facta? Proh mundi Arbiter,
Superiq; quondam, dexteræ teſtes, meæ.
Proh cuncta tellus. Herculis veſtri placet
Mortem perire: dirus ò nobis pudor
O turpe fatum.

Placet tamen magis hic ſenſus, ob rationes, quas infrà adducemus: et quoniam homines omnes præter ſuffocationem, nil aliud videntur timuiſſe. Ouid. primo triſt. ſumma tempeſtate iactatus.

Nec Læthum timeo: genus at miſerabile Læthi:
Demite naufragium: mors mihi nummus erit.
Eſt aliquid, fatoq; ſuo, ferroq; cadentem
In ſolida moriens, ponere corpus humo:
Et mandare ſuis aliqua, & ſperare ſepulchrum,
Et non æquoreis piſcibus eſſe cibum.

Veget. lib.4. de re milit. cap. 44. *Alij* inquit *ferro interimuntur, & ſaxo: alij ardere coguntur in fluctibus: inter tanta tamen mortium genera, qui acerbiſſimus caſus eſt, abſumenda piſcibus inſepulta ſunt corpora.* Achille Panthaſileam volente ſepelire

lire, prohibuit Patroclus, & in flumen iuſſit proijci: in flumen pariter proiecit Sylla Marij cadauer; norat enim quam miſerum mergi. *Proindè ſapientiſsime*, vt ait Cicero pro Roſc. *Maiores noſtri fecerunt, qui cum intelligerent, nihil eſſe tam ſanctum, quod non aliquandò violaret audacia, ſupplicium ſingulare, in patricidas excogitauerunt: erat autem vt ſacculo cum gallo gallinaceo, vipera, cane, & ſimia incluſi, proijcerentur in fluuium, vt quos natura ipſa continere in officio, non potuiſſet, magnitudine pœnæ maleficio ſubmouerentur*. Nec minus prudenter ijdem ſanciuere l. quidam in ſuo teſtam. D. de condit. inſtit. *vt ſiquis hæredem ea cum conditione inſtituerit, vt ſcilicet eius corpus in mare abijciat, non eſſe ab hæreditate expellendum, etiamſi conditioni non paruiſſet, ſed memoria humanæ conditionis ſepulturæ tradidiſſet*. Miror proinde nautæ cuiuſdam ſtuporem, qui interroganti, cur cum ſuus pater, auus, atque atauus in mari obijſſent, in mare tamen ingredi non timeret: cur inquit cum tuus pater, auus, atque atauus in lectulo obierint, in tuum tamen lectum, non times adſcendere? immò nil miror, nam nauta, qui non minus feri, quam fretum, nec plus ſenſus habent, quam ſalum: nam miſerum aquis mergi. Vnde Pelagiæ mater, & ſorores, aquis mergi malentes, quam deflorari.

Petrarc.

Te rerum dixere *conditor precamur. Deus, ne exanimata ſpiritu corpora, vel vnda diſpergat: ne mors ſeparet ſu era, quarum vitam non ſeparauit affectus: ſed ſit vna conſtantia, vna mors, vna etiam ſepultura*.

Baronius tom. 3. p. 309.

At cur quæſo? Nùm quia vermibus ereptum corpuſculum, piſcibus deuorandum obijcitur? id enim abhorruiſſe videtur Ouidius? At præſtat multo, à piſcibus vorari, quàm à vermibus rodi. Etenim optarunt Veteres, vt citò vrerentur, vt infrà dicemus: quare eiſdem placuit, citò vorari.

An quod iuſtum cum ſit, ſuum cuiq; reddere, terreum corpus terræ dandum cenſuerunt? At non minus eſt illud aqueum. Cur ergo timent vſq; adeò omnes mergi fluctibus? Multa ſunt, quæ poſſunt hunc ſenſum comprobare. Primum, quia æthereus ille, & ardens ſpiritus, cuius præſentia illuſtratum corpus, collucet viuit, roboratum gliſcit, ſuo contrario, hoc eſt aqua, ſic opprimitur, nihil vt ſupereſſe videatur eorum, qui in aquis demerſi ſuffocantur? Hinc Hom. Græcos omnes, qui ex hac vita abierunt, haud mortuos, ſed ad inferos ſcribit deſcendiſſe, ijs tamen exceptis, qui in mari interierant, Vnde loquens de Aiace, *Aiax* inquit *interijt, poſtquam ſalſam bibit vndam*, & ob eandem cauſam factum eſt, vt in duabus mortuorum recenſionibus, nuſquam Aiax introducatur, ac ſi eius anima frigore

re

re extincta, nequaquam ad inferos deſcendiſſet.

Eſt odio ſecundo habitum demergi fluctibus, quia ventis iactati, hac illac impetunt, ſcopuliſq; illapſi duris diſcerpuntur: hoc autem quis adeò ſenſus eſt expers, qui non timeat?

Timendum hoc tertiò, quia illud ſaltim vitari non poteſt, quin vnà cum fluctibus colluctetur, & ludat, nec vnquam quietem adeò exoptatam inueniat, quod apprimè malum, nàm Defunctorum corpora debent in ſepulchro quieſcere. Quo factum eſt, vt Requietorium fuerit à Veteribus dictum, vt patet ex illa inſcriptione.

P. Scanſius Philetus fecit ſibi, & Scanſiæ Hicæ Lib.
Requietorium.

Et alia

Requietorium Amici
Benè facere ſemper ſtudioſus fui.

6. Aeneid. Iure proinde cum Ænea Palinurus hunc in modum conquæritur.

Nunc me fluctus habet verſantq; in littore Venti.

Nec iniuſtè dolebat Alcippus apud Amalthæum, quod in cineres verſus, adhuc motu irrequieto agitaretur.

Perſpicuus vitro puluis, qui diuidit horas,
Dùm vagus anguſtum, ſæpè recurrit iter;
Olim erat Alcyppus, qui Gallæ vt vidit ocellos.
Arſit, & eſt ſubito, factus ab igne cinis.
Irrequietè cinis, miſeros teſtabere amantes,
More tuo, nulla poſſe quiete frui.

Quamquam Ariſtæo tribuat hoc Stilianus, vt patet, ex illis verſibus.

Queſta in cauo criſtallo accolta arena,
Che l'hore addita, è la fugace etade:
Ch'ogn'hor cquà giù, quaſi filata cade,
Rapidamente per anguſta vena,
Era vn tempo Ariſteo, ch'amò Tirrena:
Tirrena, che com' Angel in beltade,
Così parue in orgoglio, e crudeltade,
Libica Serpe, è fera Tigre Armena.
Amolla, è funne il miſero deluſo:
Finche dall'aſpro incēdio à morte addutto,
Disfeſsi in polue, e fù da lei cquì chiuſo.
O crudel de gl' Amanti è ſtrania ſorte.
Serban l'arſe reliquie anco il primo vſo,
Trauagliar viue, è non ripoſan morte.

Ob eamdē cauſam damnatur eorum conſuetudo, qui ſuſpendebant cadauera, eaq; ſubdiò relinquebant; fiunt enim ludibria ventis, & variorum animaliū exponuntur iniurijs. Adde quod ambienti expoſita, citò corrumpuntur. Abhorret ab hoc autem communis ſenſus hominum, quibus inſitum eſt, etiam ijs, quæ mortem nullo modo vitare queunt, immortalitatem procurare.

Sequitur proinde, cùm corpora cremari non debeant, nõ ſuſpendi, aut fluctibus mergi, non à feris vorari, eſſe ea terræ commandanda; ſic par eſt, atq; decet *vt quæ naſcentes nos excipit, natos alit, ſemelq; editos ſuſtinet ſemper, nouiſsimè complexa gremio, à reliqua iàm natura abdicatos, tùm maximè, vt mater operiat.* Si decet præterea (decere autem infrà oſtendemus) aduerſus breuitaté coeui marmorea monumenta conſtruere, columnas érigere, in quibus inſcriptum nomen defuncti, ad longam vſq; memoriam, cõtranitentibus temporum iniurijs, extendatur, erit terræ deponendnm Cadauer, cum alibi conſtrui monumenta non poſſint.

Plin.

Quod ſi auctoritatem, quis deſideret, non deerit antiquitas omnis, quæ nihil ſacri cadauere, quamuis tectum cenſuit habere, priuſquàm illi terra iniecta fuiſſet. Veteri lege habetur. *Vbi corpus hominis demortui cõdas, locus ſacer eſto*: Græcis quoq; ſepulchrà ipſa ἦρα hoc eſt æra appellarunt, quia terra, quam eram vocant mortuis inijcere in more habebant, Hinc illud Hor. intelligitur.

Frbedisan.

Ne parce malignus arenæ.
Oſsib . s. & capiti ibnumato, particulam dare.

Et aliud.

Quamquàm feſtinas, non eſt mora longa licebit
Iniecto ter puluere, curras.

Intelligitur ſecundo, cur Palinurus adeò obnixe à Duce ſuo petebat, vt terram, ſaltem inijceret corpori.

aut tu mihi terram
Injice, namq; potes, portuſq; require Velinos.

Nimirum antequam gleba corpori inijceretur, nec pro humato cadauer habebatur, nec quicquam religioſi continebat: Propterea tumulari optabat. Humationem ergo cum ratio probet, & hominum grauiſſimorum exemplum, erunt Cadauera terræ commendanda.

De ſepulturæ loco. *Cap. 27.*

POteſt eligi locus ſepulturę idoneus multiplex, in domo propria nẽpè, in qua quis eſt mortuus, & extra Domum: & hic adhuc duplex eſſe poteſt, in Vrbe nimirum, & extra Vrbem. Propterea cum tãtam habeat locus, & uim faciẽdi, & ſeruandi, vt dixerit Porphyrius, eſſe Patriam generationis principium, quemadmodum pater, de eligendo loco ſepulturæ idoneo nunc agemus.

Ægyptij, quibus ob rerum inopiam, non licebat condere ſepulchra, ſemper domi, arca apud infirmiorem parietem erecta, cõdebãt cadauer. Semper extra Vrbem, in campo erectis ibi columnis, Defunctorumq; nominibus, qui illic erãt conditi, adnotatis, tumularunt Atheniẽſes. Vnde Seruius lib. 4. *ab Athenienſibus, locum ſepulturæ*

Digitized by Google

turæ intra Vrbem, vt darent, impetrare non potui, quod Religione impediri ſe dicerent, neq; id cuiquam anteà conceſſerant. Idē in more Corinthijs, nam vt Pauſanias *cum multa proficiſcentibus Corinthum in itinere monumenta ſe offerant, occurrit tamen ad portam Cynici Synopenſis ſepulchrum.*

Plato quoq; vt in agro corpora conderentur præcepit, ſterili tamen, & infœcundo. *Nullum* ait *in loco fœcundo, & ad culturam apto ſepulchrum fiat; ſed is locus corpora Defunctorum recipiat, qui ad cætera inutilis, & ad id tantùm commodus, viuentes minimè lædat; neq; .n. à Viuis, aut mortuis terræ matris fœcunditas impedienda eſt. Nemo ergo, aut viuens, aut mortuus alium alimento priuet.*

Idem placuit Hebreis; nam Abrahamus *ſepeliuit vxorem ſuam Saram in ſpelunca duplici, quàm quadraginta Siclis argenti probatæ monetæ publicè emeret ab Ephrone præſentibus filijs*: & vt teſtatur Ioannes *Ioſephus ab Arimathia, & Nicodemus, corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, linteis cùm aromatibus alligatum, vt Iudæis ſepelire mos erat, poſuerunt in monumento nouo, quod exciſum erat in petra, in quo non dum quiſquam poſitus fuerat, quod erat in horto, iuxta locum, vbi crucifixus fuerat.*

Vtrū tamen placuerit Romanis, dubium. Volunt quidā, naſcente Roma, domi corpora conſueuiſſe recondere: in agris poſteaquàm lege fuit cautum, ne intra Vrbem quis cadauera vreret, aut tumularet. Probāt hoc auctoritate Seruij id affirmantis 5. Æneid. dum exponit locum illum, *præterea ſi nona diem, &c.* & alterum locum ſexti, ſuper illum verſum, *Sedibus hunc refer &c.* Confirmant ratione, nam inde factum putant, vt lares colerentur in domibus, & dicerentur lares, quaſi laruæ.

Sed certè non poteſt ex his locis hoc colligi; non enim referebantur in propriam domum, foris mortui, vt in eadem domo conderentur; nam Numa, qui Roma naſcente ferè vixit, in Ianyculo fuit ſepultus, vt refert Plin. & Seruius Tullus extra Vrbem fuit tumulatus, vt habet lib. 4. Dionyſ. Quare idcircò ad domum relatos crediderim, vt plorarentur, & funus præpararetur. Neque lares ſunt maiorum cadauera condita, & domi aſſeruata, ſed genij, vel agrorum Cuſtodes, quam ſententiam ſequutus Tibull. ſcripſit. *Lib. 13. c. 13.*

Vos quoque fælices quondam, nunc pauperis agri,
Cuſtodes fertis munera veſtra lares.

Colebantur autem domi, quia ad domus commoda vigilare putabantur. Vbi ergo recondebant cadauera? Extra Vrbem; lege enim cautū erat ne quis intra Vrbem vreret, aut ſepeliret. Vnde Appian. ſcribit id fuiſſe potiſſimum in cauſa, cur diuites legem agrariam

Digitized by Google

riā recuſarint, *quod impiū ducerent, monumenta maiorū, ad alienos tranſire*: quamuis Pomponius ſcribat, *Dominis fundorum, in quibus ſepulchra fecerāt, etiā poſt venditos fundos, adeundorum ſepulchrorum ius eſſe*.

Contumulabant autem extra Vrbem duas ob cauſas: altera fuit, vt libera Vrbs à tetro odore cadauerum, minus peſtilenti aere inficeretur: altera, vt alacri animo hoſtes à mœnibus repellerent, ſi quando ingruiſſent, dum timent monumentis maiorū. Permiſſum tamen Regibus, Imperatoribus, & ijs, qui res præclarè geſſiſſent, ſepeliri in foro, vt Plutarcus refert: vnde Appianus loquens de Syllæ funere, *Mox* inquit *robuſti aliquot Senatores, ſublatam in humeros lecticam, tranſtulerunt in campum Martium, vbi ſolos Reges ſepelire mos eſt*. Et Sueton. de funere Augusti, *Senatorum humeris delatus, crematuſque in campo Martio*. Virgines quoque nocētes, vt Seruius teſtatur ſuper locum illum 11. Æneid. finitimos tollunt in agros, &c. in campo ſcelerato, qui in vrbe, obruebantur: & vtrumque, ni me mea fallit coniectura, factum eſt ad exemplum conſtituendum: ſed illud ad inflammandos homines ad præclara facinora: ad coercendam virginum libidinem iſtud; ſiquidem, vt Lyricus ait.

Lib. quæſt. Roman. prob. 29. l. 1. bello. ciuil.

Segnius irritant animum, demiſſa per aures,
Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

Cœterum, quia quæcumque conceduntur Principibus, & ijs, qui de Republica, ſūt optimè meriti, ea vt ſibi pariter concedantur, plebæius quiſq; & vulgaris exoptat: factum propterea eſt, conniuente fortaſſe Imperatorum diligentia, vt nedum Vrbis Primores, ſed vulgares multi tumularentur in Vrbe: alioquin quorſum Antoninus, & Adrianus, vetus renouantes decretum, ne intra Vrbem ſepelire liceret, edictis ſanciuere? ſepulturæ, itaque locus in Vrbe, & extra Vrbem, atque hic duplex, Priuatus alter, alter publicus. Priuata loca erant, quæ quiſque in proprio fundo ſepulturæ aſſignarat: quæ adhuc duplicia, vel propria, & vni tantūm cadaueri dicata, vel gentilitia, in quibus homines omnes ex eadem orti familia tumulari poterant. Publica item duplicia, Pauperum alia, & vilium mancipiorum funeribus deſtinata, alia illuſtria, in quibus optimè de Republica meriti ſepeliebantur. Sunt illa dicta puticulæ, ſeu puticuli: vel quia ibi in puteis homines obruebantur, vt Varro 4. de ling. latin. vel vt alij ſcribunt, eodem Varrone auctore, quia ibi proiecta cadauera putiſcebant.

Erant loca iſta Puticulę dicta, extra Portam Eſquilinam, non procul ab Vrbe, quemadmodum locus, in quo Reges cremabantur, Campus Martius. Vnde quia vicinam Vrbem tetro odore inficiebant,

aliquot

aliquot plebæi huius loci iugera, Mecenati Auguſtus conceſſit, eaque in hortos conuertit. Vnde Horat. lib. 1. Satyr. 8.

Hæc prius anguſtis erecta cada uera cellis,
Conſeruus vili portanda locabat in vrna:
Hoc miſeræ Plebi ſtabat commune ſepulchrum.
Pantolabo ſcurræ, Nomentanoq; nepoti.
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum,
Hic dabat, hæredes monumentum ne ſequeretur.
Nunc licet eſquilijs habitare ſalubribus, atque
Aggere in aprico ſpatiari.

Neque pauperes tantum, & mancipia hic ſepeliebantur, ſed de ſceleratis quoq; ſumebatur hoc loco ſupplicium.

Priuatorum loca ſepulchrorum, in hortis, & agris extruebantur. Cic. in orat. pro Roſc. *Cui de tanto patrimonio, ne iter quidem ad ſepulchrum patrium relictum eſt*. Huc quoque facit locus Appiani citatus, & illud Martialis.

Septima iam Phileros tibi conditur vxor in agro,
Tam nulli Phileros, quam tibi reddit ager.

Quod ſi ager propè aliquā viam publicam eſſet, ibi præcipuè ſepulchra extruebātur, eam ob cauſam Varrone teſte, vt Viatores pertranſeuntes, mortalitatis admonerentur, & legendis Illuſtrium Virorum Elogijs, inflammarentur. Hinc antiquæ illæ inſcriptiones; Aſpice Viator, caue Viator. Eſt & alia huius conſuetudinis ratio, ſ. vt pertranſeuntes ſalutarent mortuum, & leuem illi terram precarentur, vt ex illo monumento colligitur.

5. de ling. latin.

T. Lollius. T. Lollij maſculus iiij.
Vir Bondicomenſis.
Hic propter viam expoſitus, vt dicant pertranſeuntes
Lolli vale.

Adde, & tertiam cauſam, ne horti, agriuè, monumentorum multitudine infœcundi redderentur, nam in ſterilibus, & ſaxuoſis, non tantum in limite, ſed in eorum meditullio, ſepulchra extruere licitum, quia nullum inde viui capere poterant detrimentum ſepulturæ interdum lapidē imponebant, ſeu tegulam, nonnumquam ceſpitem aggeremq; erigebāt: Ingerebant alias arborē, quod & Platoni in legibus placuit. & nunc Turcis quādoque. Faciebant autem primum, vt aliquod eſſet indicium ſepulturæ: ſecundum ne bruta fœræue oſſa ſepultorum effoderent. Viæ autem propè quas ſepulchra, hæ præcipuæ: latina, Aurelia, Flaminia, Appia, Lauicana, Laurentina, Hoſtienſis, Tiburtina, & aliæ.

Quæ fuit in eligendo loco ſepulturæ varietas apud Romanos, eadem apud Chriſtianos; nam naſcente Eccleſia, tantùm abeſt, vt in templo aliquis, quod hodie in vſu, contumularetur, vt hoc tamquam maximum probum obijciatur

Digitized by Google

Gentilibus ab Arnobio; occurrens enim Gentilibus, qui Chriſtianos impietatis accuſabant, quod nulla templa haberent. *Quid?* inquit, *quod ex his templa, quæ tholis ſunt aureis, & ſublimibus elata faſtigijs, auctorum conſcriptionibus comprobatur, contegere cineres, atq; oſſa, & functorum eſſe ſepulturas?* Qua conſuetudine frigeſcente, quia Chriſtiani in Templis cœperant cadauera condere, in 1. Concil. Brachar. ne Defunctorum corpora intra Sanctorum Baſilicas tumularentur, ſed ſepulturæ omnes extra Vrbem fierent, eſt ſancitum: quod comprobans pariter Theodulphus Epiſcopus Aurelienſis hæc fratres, & compræsbyteros ſuos per literas monuit. *Antiquus in his Regionibus in Eccleſia ſepeliendorum mortuorum vſus fuit, & plerumque loca, diuino cultui mancipata, & ad offerendas Deo hoſtias præparata, cœmeteria ſiuè polyandria facta ſunt. Vnde volumus, vt ab hac re deinceps abſtineatur, & nemo in Eccleſia ſepeliatur; niſi fortè talis ſit perſona Sacerdotis, aut cuiuslibet iuſti hominis, quæ per vitæ meritum, talem viuendo, ſuo corpori defuncto, locum acquiſiuit. Corpora verò, quæ antiquitus in Eccleſijs ſepulta ſunt, nequaquam proijciantur, ſed tumuli, qui apparent, profundius in terram mittantur, & pauimento deſuper facto, nullo tumulorum veſtigio apparente, Eccleſiæ reuerentia conſeruetur. Vbi verò eſt tanta multitudo cadauerum, vt hoc facere difficile ſit, locus ille pro cœmeterio habeatur, ablato inde altari, & in eo loco constructo, vbi Religiosè, & purè Deo ſacrificium offerri valeat.* Deinde, quia adeò deſiderabant Chriſtiani tumulari in templis, nullo, vt pacto poſſent à concepto propoſito remoueri, partim annuês Eccleſia Chriſtianorum votis, & ex parte retenta veteri illa, & laudata Religione, non extra Vrbem, ſed intra, & propè parietes Templorum, vt conderentur, præcepit, vt conſtat ex ijs, quæ habentur c. 8. primi Conc. Bracchar. *Placuit* inquit, *vt corpora Defunctorum nullo modo in Baſilica Sanctorum ſepeliantur, ſed ſi neceſsè eſt de foris circa murum Baſilicæ; nam ſi firmiſsimum hoc priuilegium retinent Galliæ Ciuitates, vt nullo modo intra ambitûs murorum cuiuslibet Defuncti corpus, humetur: quantò magis hoc venerabilium Martyrum debet reuerentia obtinere?* Hinc multum honoris Conſtantino accedere eius filius credidit, ſi in templi veſtibulo, ipſum collocaſſet; Chriſoſtomus, homil. 26. ad Corinth. *Hic* inquit, *Conſtantinũ Magnũ, ita demũ ingenti honore ſe affecturum exiſtimauit, ſi eum in Piſcatoris veſtibulo conderet, quodque Imperatoribus in Aula ſunt Ianitores, hoc in ſepulchro, Piſcatoribus ſunt Imperatores. Atque illi quidem veluti Domini interiores domi partes obtinent, hi autem, velut*

acco-

Digitized by Google

accolæ, & vicini, præclarè ſecum agi putarunt, ſi veſtibuli Ianua ipſis aſsignatur. Honorificentior tamen locus erat, qui propè corpus alicuius Sancti; vnde quia Ambroſius fratrem ſuum Satyrum, multum dilexit, iuxtà Sanctum Victorem, ipſum ſepeliuit. Hinc Dugulus.

Vranio Satyro, ſupremum frater honorem,
Martyris ad læuam, detulit Ambroſius.
Hæc meriti merces, vt ſacri ſanguinis humor
Finitimas penetrans, adluat exuuias.

Habes Lector, quæ aliorum fuerit de loco ſepulturæ ſententia: quam varij, quam diſcordes. audi modo quod faciendum cenſemus.

Sũt in tẽplis cõdẽda cadauera. Eſt cõtra nõnullos hęreticos qui hanc conſuetudinem cenſent aboſendam, quod timent, ne putore cadauera, prægnantibus noceant, & puellulis ſæpe templa adeuntibus. Probatur tamen, quia eo in loco ſunt condenda cadauera, quo ab externis iniurijs ſunt magis tuta; ita enim præſeruabuntur magis à putredine. At verò nullus locus æquè accommodatus eſt, ac Templum; ſunt enim templa frigida plerumq; nam ampla, alta, lata, nec ab hominibus noctu, diuque ibi verſantibus calfiunt, non ab igne ibi accenſo, vt domus priuatæ. Præterea ſunt templa omnia ſacra, cũm quia ſunt cultui diuino dicata, tũm quia multas Sanctorum Reliquias, ac præcipuè Euchariſtiæ Sacramentum adſeruant. Nullus itaque aditus Dœmoni patebit, qui non rarò ſolet adſumere cadauera, eaque diũ agitando, ad putredinem diſponere. Nullus itaque locus cõmodior templis; nam nullus æquè frigidus, & à Dœmonum incurſionibus tutus. Quoniam verò quædam ex his ſunt in vrbe, extra vrbem alia: frigidiora quædam, non ita frigida alia: quædam ventis per flata ſalubribus, ſuffocata alia, laudo vt in ijs præcipuè templis condantur Defuncti, quæ ſunt frigidiora, quæ in loco ſublimi repoſita; nam hæc aptiora eſſe ſeruandis cadaueribus, experientia quoque eſt compertum; idcircò enim corpora, quæ in templo Diuæ Mariæ Montis Virginis, & Sanctiſſimæ Trinitati dicato Monachorum Sancti Benedicti in Ciuitatæ Cauæ ſunt ſepulta, ad multa annorum ſæcula videmus pſeueraſſe incorrupta.

Quæ timet ille à tumulatione facta in templo puellulis, & prægnantibus, nec timet re vera ipſe, neque alius: nullus enim putris halitus ſpirat, cum ea diligentia reconduntur cadauera in Eccleſia, quam noſtrates adhibent: vt propterea ſuſpicer, ſi quid licet hac in re diuinare, haud ita monere, vt puellulis conſulant, & prægnantibus, ſed vt oblitterata mortuorum memoria, nul-

lus pro animabus earum fundat preces.

Inſtabis, nam peſtis tempore, morbiſque pernicioſis graſſantibus multi pereunt. Quare tanta cadauerum, alia ſuper alia cōgeries, verè poſſet obeſſe, præſertim in pagis, villiſque vbi non niſi templum vnicum, & ferè in meditullio caſarum. Quare hoc ſaltem tempore expediet cremare cadauera.

Dederunt quidam manus: vnde peſtis tempore ab vſtione cadauerum non abhorrent, cum tamen tunc temporis potiſſimum debeant vſtionē cauere; magnus enim ex vſtione cadauerum fœtor. Et multò maior, quam ſi paulatim putreſcat. Quare cum tunc potiſſimum aeris habenda ſit ratio, tunc temporis potiſſimum fugienda combuſtio. Nec timendum, ne anguſtæ ſint foueæ, quæ in templo habentur; nam ſi vnicum habeat pagus templum, non erunt multi ciues, qui in pago illo viuunt. In templo itaque ſemper tumulanda cadauera: an patrio, an quouis alio, cap. ſequenti dicemus.

Sint ne condenda cadauera in tēplo patrio, an quodcumque indiſcriminatim ſit commodum. Cap. 28.

Contingit non rarò, vt fato quis cedat ſuo peregrina in regione. Contingit autem id ſæpiſſimè viris, cùm litteris: tùm bellica virtute præclaris. Ciceronem Arpini ortum, Romæ educatum, ſinus Caietanus vidit exanimem. Genuit quem Mantua Virgilium, ablatum poſtea à Calabris, ſepeliuit Parthenopes. Dedit Sulmo Ouidium, quem Pōticum exilium ſubſtulit. Plinium Veronæ ortum, Veſuuij fumus ſuffocauit. Quid moror? Horatium Appulum, Ennium Calabrum, Statium Narbonēſem, Auſonium Burdegalenſem, duos Senecas, & Lucanū Cordubenſes, Plautum Arpinatē, Pacuuium Brunduſinum, Iuuenalem Aquinatem, Propertium Vmbrum, Catullum Veronenſem, Gallum Forliuienſem, Claudianum Florentinū, Perſium Volaterranum, tumulauit Roma. Cornelij Scipiones, vt ad eos, qui armis valuere deſcendā, Romæ nati obiere in Hiſpania. Tulerat Pompeium Roma, eademq; Catonem genuerat; ſed huic Vtica finē, & cognomē dedit, Ægyptus illum Aſſyria ſubſtulit. In Germania Druſus, Paulus Emilius Cumis, Nolæ Cæſar, apud Miſenum Cāpaniæ, Tiberius expirauit. In Occidente natus Traianus, in Oriente eſt mortuus. Septimius Seuerus humilem habuit in Africa ortum; ſuperbum in Italia Imperium, moderatum in Britannia tumulum. Dies me deficeret, cunctos ſi velim numerare. Proinde, vt ad rem redeam, examinandum breuiter nū eo in loco, quo extremum quis

quis diem vitæ clauſit, tumulari debeat, an transferendus in Patriam.

Fuit quondam; eſtque innatum quibuſdam deſideriũ, vt in patrio, gentilitioq; ſepulchro, tumulentur. Sic Iacob, & Ioſeph ex Ægypto oſſa propria transferenda curarunt. Romani eos omnes, qui in bello peribant, deducebant in vrbem, ibique tumulabant: vnde quia triſtis fuit Vrbs, & magnus in ea luctus excitatus, ex cadauere Conſulis, & aliorum nobilium, in vrbem relato, fuit à Senatu decretum, *vt poſt hac Defunctorum in bello corpora, ibi humarentur, vbicumque cecidiſſent, ne ob eorum conſpectum reliqui ſegniores ad militiam fierent: quod decretum mox cognitum, hoſtes quoque ſunt imitati.* Abderitæ in pœnam, non ſepeliebant decoctores in patria. Hinc prouerbium. *Bonum eſt peregrè viuere, mori malum.* atque hinc ferè omnes, qui alieno in ſolo obiere, in propriam patriam transferri deſiderarunt. Ouid. 3. Triſt. eleg. 3.

Appian. l.j. Bellor. Ciuil.

Oſſa tamen facito, parua referantur in vrna:
Sic ego, non etiam mortuus, exul ero.

Et in teſtamento inſcripto in ſaxo, quod viſitur in agro Luſitano miles quidam mandauit, *vt ab Vrbe Roma huc veniant, & oſſa mea intra quinquennium exportent è Luſitania, & via Latina condant.*

Nec ijs tantùm hoc deſiderium inſitum, qui peribãt, ſed & propinqui, & amici, mortuorum oſſa, & cineres reportabant. Exportantes autem, reponebant in ſinu. Tacit. 2. annal. *Agrippina aſcendit claſſem cum cineribus Germanici, & liberis, miſerantibus cunctis, quod fœmina nobilitate Princeps, pulcherrima, modo matrimonio inter venerantes, gratanteſque aſpici ſolita, tunc ferales reliquias ſinu ferret.* Idem Suetonius.

Cõtrarium alijs votũ, quod probo, & nihili facio tumulari in Patria. Anaxagoras peregrè moriẽs, rogantibus amicis, an vellet referri in Patriã? *nihil neceſſè eſt*, inquit; *ad vndiq; .n. inferos, tantumdem eſt via*, In eadem ſententia Socrates, ſed ob aliam cauſam; profitebatur enim mundanum ſe eſſe, non Athenienſem. Vnde cum Patria ei mundus vniuerſus eſſet; non pars aliqua exigua huius orbis, quouis in loco, fato ceſſiſſet ſuo, in propria obijſſe patria neceſsè eſt iudicaret: vt propterea credam, numquam futurum ſollicitum de proprij corporis translatione. Mollis itaq; Ouidius, aut inconſtans, nam cum ſcripſiſſet

Omne ſolum forti patria eſt, & benè, nam omne homini natale ſolum, conquerebatur poſtea fœmellarum more, de exilio: & dum metuit, ne in Ponto occumberet, de trãslatione cogitabat, nõ cogitaturus alioquin, ſi fortium exempla ſequutus, non exiguum aliquem

mundi

mundi angulum ſibi patriam conſtituiſſet, ſed vniuerſum hunc orbem, quantus quantus ille eſt, exiguum carcerem iudicaſſet.

Quod Patriarchæ tantopere cupiuerint in terra Canaam ſepeliri, multa habet myſteria abſcondita, quæ cap. 49. Gen. declarat Perer. nã quod præſtet tumulari ibidem, vbi quis fato eſt functus, non transferri, inde quoque ſuaderi poteſt, quia trãslatio diſponit ad putredinem, quam cum cauere omni ſtudio curemus, curandum eſt, ne cadauer transferatur.

De elatione cadaueris, Cap. 29.

SI quis memoria teneat, quę docuimus quæq; huius tractatus initio fuere propoſita, mox idem intelliget, illud eſſe conſequens, vt de elatione cadaueris agamus. Humandum enim concluſimus eſſe, neque in domo, ſed templo, quod extra vrbem. Deferri itaque oportet: ſed quia poteſt bifariam hoc fieri, citra apparatũ aliquem, & magna cum pompa: vtrum magis expediat, docendum eſt primũ, vtrumq; enim in more eſt hodie, vtrũq; apud antiquos in vſu fuit; nam Marcus Emilius Lepidus Princeps Senatus, decedens præcepit filijs, vt ſine linteis, ſine purpura, & tibicine funus ſibi facerent: & Pomponius Atticus, vt in eius vita ſcribit Cornelius nepos, ſine pompa funeris, efferri voluit. Contra Sylla, Auguſtus, & alij. Legimus quoq; apud rerum Romanarum Scriptores, duplex funus dari, cenſoriũ alterũ, alterum translatitium, ſic vocant mediocre, nam tractans Suetonius de Britannici funere, *poſtero*, inquit, *die raptum inter maximos imbres, translatitio extulit funere*: quod declarans Tacitus ait, *nox eadem necem Britannici, & rogum coniunxit, parato ante funebri apparatu, qui modicus fuit*. Cenſorium erat in quo magna cũ pompa, magniſque cęremonijs efferebatur cadauer, quodque non niſi maximis viris, & optimè de Republica meritis permittebatur. Hinc intelligitur locus ille Taciti, *abrogati inde lege ferente Domitiano Conſulatus, quos Vitellius dederat: funuſque Cenſorium Flauio Sabino ductum; magno documento inſtabilis fortunæ, ſummaque ima miſcentis fuit*. & alius lib. 4. *Is* inquit, *Lucilius Longus fuit, omnium illi triſtium, lætorumq́; ſocius, vnuſque è Senatoribus Rhodij ſeceſſus comes: ita quam quam nouo homini, cenſorium funus, effigiem apud forum Auguſti, publica pecunia Patres decreuere*. Sed eſſe idem ſollemne: inde intelligi poteſt, quia infinita hominum multitudo ad honeſtandas exequias conueniebat, & ne quis facti ignoratione excuſaretur, indicebatur per Preconem funus his

Flor. l. 48 epit.

verbis

Digitized by Google

verbis, *Ollus lætho datus eſt*, Deinde exequiarum tempus ſignificabatur hoc modo. *Ad exequias, quibus eſt commodum ire, iam tempus eſt: ollus ex ædibus effertur.* Spartani quoque defuncto Rege curſitabant in equis per vrbem, eorumque mulieres ſparſis crinibus,& libero conquæſtu aeneas ollas, noctu, diuque pulſantes, mortuũ eſſe Regem ſignificabant. Cur verò ſollemne hoc funus, cenſoriũ ſit dictum,&an à publico differat,& indictiuo; Vide Lipſiũ lib.4.annal.annot.43.

Perſonę autem, quæ accurrebant, erant Cantores, Tubicines, Tibicines, Præficæ, delatores cereorum,& facum, lectorum, in quibus imagines,& cadauer: accurrebant demum alij multi ad comitandum defunctum. Conueniſſe hos omnes,& ſi poſſem multis probare, confirmabo tamen vna Appiani Alexandrini auctoritate lib.1. Bellorum ciuilium, hæc ſcribentis de funere Syllæ; *Ferebatur* inquit *cadauer in vrbẽ in lectica aurea, cætero quoque ornatu regio, præcinentibus tubis,& equitatu deducente, aliaq; toto corpore armatorum multitudine, legatis etiam,& Tribunis eius, vndique cum armis ad funus celebrandum confluentibus, & vt quiſq; venerat, in ordinem pompæ ſe conferentibus, accurrente quoque vulgari multitudine, quanta numquam aliàs: præferebantur,& ſecures, cæteraque dictaturæ inſignia, quibus viuẽs vſus fuerat. Cæterum poſtquam in vrbem illatus eſt, tùm verò plurimum ſplendoris acceſsit funeri: coronæ enim aureæ pluſquã bis mille magna celeritate confectæ: lata ſunt dona Ciuitatum,& legionum, quibus præfuerat,& amicorum ſingulorum, cæteraque ineffabilis magnificentiæ. Et quia res metu non carebat propter confluxum armati militis, deducebant corpus Sacerdotes etiam, Veſtaleſque ſuo quiſque ordine, tum Senatus vniuerſus,& Magiſtratus cum ſuis inſignijs, deinde equitum Romanorum alia multitudo, rurſumq; alia militũ, quotquot illius auſpicia ſequuti fuerant: omnes enim approperauerant, vt praſtò forent geſtantes: ſigna aurata, ſcutaq; argento bratteata, quorum nunc quoq; in pompis vſus eſt. Aderat,& tubicinũ infinitus numerus, per interualla quidam lugubre concinentiũ. Nec deerat fauſtæ acclamationes à Senatu exortæ, mox equitum, deinde militum, poſtremò plebis: quorum alij feriò, Syllam deſiderabãt, alij copias eius, ipſumq; mortuum, non minus, quam viuum timebant: quippè quos tam præſens ſpectaculũ terrebat, quã præteritum facinorum memoria, vt facilè in hoc aſſentirẽtur Aduerſarijs, cum fuiſſe,& illis fœliciſsimum,& ipſis ad extremũ vſque diem terribilem. Pro roſtris deinde in ſuggeſtu poſito cadauere, funebrem orationem habuit vir eius ætatis eloquentiſsimus, quod Fauſtus filius, nondum maturus eſſet: mox robuſti aliquot Senatores, ſublatã in humeros lecticam, tranſtulerunt in campum Martium, vbi*

ſolos

ſolos Reges ſepelire mos eſt: & circum rogum decurrerunt, tum equites, tum reliquus exercitus. Eadem cum pompa multos efferri hodie, ſiquis eſt, qui ignoret, is rerum planè omniũ eſt ignarus. propterea videndum, quid eligendum magis.

Diſplicet mihi ſumptuoſa illa delatio. Diſplicuit quoq; ſanctis quibuſque Viris, cur probem ego? Sancta enim Monacha, vt Auguſt. refert, *imminente die, non curauit corpus ſuum ſumptuosè contegi*. Et Diu. Chriſoſt. homil. 34. *Tu cum audieris nudum Dominum ſurrexiſſe, ceſſa quæſo ab inſana funeris impenſa. Quid ſibi ſuperfluum, vult, & inutile diſpendium? quod ipſis quidem, qui faciunt, plurimum affert detrimenti, mortuis nullam vtilitatem.* Imò noxia eſt admodum, nam à facum accẽſarum calore, diſponitur facilè ad putredinem; narrat enim Parœus Regum Gallorum cadauera, vel condita, & ſumptuosè medicata, ſtatim ſic putreſieri, vt tetrum ſpirent odorẽ, ob multas faces circa corpus accenſas. Adde quod laudabilius multo eſt proprijs ſplẽdentem virtutibus, per ora virum deferri, quam pompa quadam funeris inani clareſcere. Germanici funus, etſi pompa imaginum caruit, fuit tamen ob memoriam virtutũ eius celebre. Bene Ennius.

Nemo me lacbrymis decoret, nec funera fletu
Faxit: cur? volito viuu per ora virum.

Magnus ergo iacere ſi cupis, magnus ſtare procura.

Debeant ne Cereorum delatores in funere admitti. Cap. 30.

FVgiendam eſſe pompam, cum cadauer defertur, ſu pradiximus. Quid tamen cauendum, nondum dictum. Nequid ergo, in re hac committatur, quæ, & quot perſonę ad funus cohoneſtandum, cõuenire debeant, aggrediemur docere: ac primũ quæ, & quot ipſum deferre: de ijs, quæ comitari debent, ob duas cauſas ſolliciti non erimus; altera eſt, quia ex dictis conſtat, aut paucos, aut nullos admittendos eſſe: altera eſt, quia id decernere, parùm refert curando defuncto. Ordientes autẽ à primo, id ante omnia diſcutiemus, an ſint neceſſarij cereorum, facũq; delatores. Dubitandi ratio eſt, quia vt Hieronymus docet aduerſus Vigilantium, *duplex eſt cereorum in Eccleſia vſus: alter eſt ad lætitiam ſignificandam, ob quam cauſam, cùm legitur Euãgelium, rutilante iam ſole, accenduntur cerei: alter eſt ad fugandas noctis tenebras.* At verò nõ eſt in morte alicuius gaudendum, imo fletum moderatum permiſimus: nec rutilante iam ſole, eſt quod facibus Soli additis, tenebras tentemus expellere. Quare in diurno ſaltem funere, ſuperuacaneus eſt vſus

Ce-

Cereorum.

Ita cenſent Hæretici quidã, vt refert Gretſerius lib.2. de funer. Chriſtiano cap. 7 ſuos itaq; ſine vlla lampadum, facumuè luce ſepeliunt: imò eò vſq; morem hunc auerſantur, vt ne Catholicis quidem permittere velint, ſi quando per eorum ditiones,funus fertur,vt cerei ſupra feretrum luceant.

Placuit nihilominus omnibus alijs,ad cohoneſtãdas exequias aſſumere faces. Virg.lib. 11.deſcribens funus Pallantis.

Lucet via longo
Ordine flammarum, & latè diſcriminat agros

Tacit.lib.3. Annal. de funere Germanici. *Dies* inquit, *quo reliquiæ tumulo Auguſti inferebãtur, modo per ſilentium vaſt[illegible], modo ploratibus inquies: ple[illegible] Vrbis itinera, collucẽtes per Campum Martis faces.* Iſid.item lib. 20.Ethimol.cap.10. Donat. in Andr.& Seruius 11.Æneid.funus ſic dictum credunt, à funibus accenſis, quos antè feretrum,papyris cera circumdatis ferebant.Et Virg.vt ad eũdem redeã, à quo ſum orſus, loquens ibidem de Pallantis funere.

Arcades ad portas ruere, & de more vetuſto,
Funereas rapuere faces.

Idem fuiſſe in more primis illis Chriſtianis, multis congeſtis locis ex Gregorio Nazianzeno potiſſimum, optimè probauit Gretſer.cit.loc. Nàm quod idem placeat Chriſtianis noſtri temporis,nullus eſt, qui ignoret. An rectè faciant, hoc non admodum clarum, ob rationem dubitandi ab initio propoſitam. Indaganda propterea huius conſuetudinis cauſa, ne fruſtra in re hac nũmos impendere videamur.

Putauit D. Chriſoſt. homil. 4. ad Hæbr. in ſignum conceptæ lætitiæ, cereos accendi ſolitos, dùm effertur defunctus. *Dic mihi* inquit, *quid ſibi volunt iſtæ lampades, tàm ſplendidæ? non ne ſicut Athletas mortuos comitamur? Quid etiam hymni? non ne vt Deum glorificemus, & ei gratias agamus, quod iam coronauit diſcedentem, quod à laboribus liberauit? quod à timore liberatum apud ſe habet? non ne propter hoc lacbrymæ? non ne propter hoc pſalmodia? omnia hæc gaudentium sũt.* Confirmari hæc ſententia poteſt,quia locum ſepeliendis corporibus deſtinatum,Cœmiterium appellamus,quod ſi Durando credimus lib. primo de ritib. Eccleſiæ,dulcem ſtationem ſignificat.

At vero dolere nos in morte eorum, quos vnicè diligebamus,& doluiſſe quoq; nõ parùm antiquos,planè conſtat. Quare alia huius facti ratio aſſignanda eſt, quam ego non vnam eſſe arbitror. Altera eſt, vt teſtemur Defunctos, tanquàm filios lucis ambulaſſe, vt filios lucis, hinc exceſſiſſe, vt filios lucis operatos eſſe, & tandem ſpe lucis æternæ, è vita hac demigraſſe. Altera cauſa eſt,vt auguſtiores ornatu il-

Digitized by Google

lo feſto,& quaſi ſacro,reddantur defunctis nàm, & hanc ob cauſam, arboribus ſacris, & quibus vellent exhiberi cultũ, lucernas appenſas inuenio ab antiquis, vt latè docet Lipſius lib. primo elector. cap. 3. Ob eamdem cauſam faces præferri ſolitas Poetis, ſeù Vatibus, teſtatur Suydas,& Imperatoribus Herodian. in Commodo. Quin addit, tantum hoc genus honoris à Commodo æſtimatum, vt præter ignem, omnes honores Auguſtales Martiæ,) erat hæc vna ex ſuis concubinis,licet legitimæ vxoris loco haberet) deferri ſit paſſus. Quare præter cauſas à Hyeronimo adductas,addendum eſt, & ob hanc cauſam, cereos accendi ſolitos, in ſignũ nimirũ,honoris,& cultus. Vnde autem factum ſit, vt inter honores auguſtales,à Perſis primum,mox à Romanis, ſit habitus ignis,& cur nationes omnes,dùm proprijs ſacrificabant Dijs,aut aliquod feſtum celebrabant, cereos accendere ſint ſoliti,dicerem hic, ſi locus hoc poſceret,neq; eſſet idem dictũ à Macrobio lib.primo Saturn. cap. 11. & latè hoc ipsũ poſtea proſequutus fuiſſet Petrus Gregor.li.6.de Rep.c.20. vide illũ.

Debeant nè in funere admitti Tubicines, Tibicines, Campanæ, Cantores, Præficæ, Imagines.
Cap. 31.

PRæceſſiſſe funus ne dùm eos, qui faces deferebant, ſed illos pariter qui varijs inſtrumentorum generibus, lamentabile quid, & lugubre perſonabant,erant autem Tubicines, Tibicines, & qui campanas pulſabant, vel parùm in antiquorum ſcriptorũ lectione verſato,eſt compertum. Gell. lib.20.cap.11.*nos* inquit *in Capitonis Othæi coniectaneis inuenimus, ſiticines appellatos, qui apud ſitos canere ſoliti eſſent hoc eſt vita functos, & ſepultos: eoſq; habuiſſe proprium genus tubæ, qua canerent, à cæterorum tubicinum proprietate differens.* Tibicinum ſit mentio apud Mattheum 9. & Plin. lib. 20. cap. 43. tradit Coruũ quemdã,præcedẽte tibicine, Aethiopum humeris elatum. Vnde intelligitur illud Petronij Arbitri.*Quod ſi idem frigus g[illegible], manuſq; tentauerit tuas*, quod tentauerat virilia (non enim coire potuerat) *licet ad tibicines mittas*. Cui ſimile eſt, quod multi dicunt de ijs,qui malè ſe habent. Te puoi accordare con la Parrochia.De Tubicinibus Virg.11.Eneid.

It cœlo clamorq; Virũm, clangorq; tubarum.

Campanas quoq; pulſatas,teſtatur ſcholiaſtes quidã Theo-

criti

criti. Neq; aliud eſſe puto ollas illas æneas, quas mortuo Rege Spartanæ pulſabant, vt ipſum mortuum eſſe ſignificarẽt. An vero hoc admittendũ, & quam ob cauſam, eſt quod diſquiratur, & ſub examen reuocetur: vt verò rem paucis expediam, ſtatuo breuiter, ex tot, tantiſq; qui varijs inſtrumentorum generibus, lugubre quid perſonabant, eos tantùm eſſe admittendos, qui pulſant campanam. Ecc eſiæ Laudanda itaq; conſuetudo eſt, quæ tubis, & tibijs, Campanas tantùm ſubſtituit, ſtatuitq; vt ea pulſetur, ſtatim ac homo animam efflauit, cùm funebris eſt pompa apparanda, vt cuncti ad eam, cohoneſtandam conueniant: cum deniq; mortuus fuerit efferendus. Enimuero, ſi tibiæ, tubæq; ad conuocandos homines pulſabantur, erit tanto cãpana eligibilior, quantò longiùs perſonat: quod cum haud latuiſſet ipſos Turcas, interdixere vſum campanarum Græcis, ne ad earum tinnitum, poſſent multi vnà ſimul cõuenire, & arma ſumere: & in Aquitania anno Domini 1547. poſt vindicatam quandam rebellionem, omnes Nolæ, & Campanæ, quibus ad concitandam ſeditionem, & ſocietatem, vſi erant ciues, amotæ fuerunt, vt lib. 23. de republ. c. 8. Gregor. Quòd ſi eam ob cauſam tubas inflabant veteres, vt audita morte alicuius, vel ſalue illi dicerent viuentes, aut leuem terram eidem precarentur: quantò aptior campana, cuius ſonus, & longius percipitur, & ad commiſerationem excitandam eſt aptior? Nec ſi cum Alex. Aphrodis. putemus, tubas tibiaſq; & alia ſonora inſtrumenta in funeribus eam ob cauſam adhibita, vt lugẽtium animi ſono illo auocati, minus dolorẽ ſentiant, eſſent proptera inſtrumenta illa Campanis præferenda, nam, & hunc vſum Campanæ poſſunt commodius abſoluere. *4. ſect. Prob. 29.*

Sed quoniam hæc omnia monſtrant Campanæ vſum, animæ eſſe vtilem, quod non eſt noſtri inſtituti, addam quæ corpori eamdem prodeſſe declarant. Habet campana, ex communi omnium, ne dum Theologorum ſed Phyſicorũ conſenſu, vim coercẽdi pluuiã compeſcendi ventos, & ad ſedandam quamcumq; tempeſtatem valet. Facit hoc autem, aut occulta proprietate, vt Pomponatio placuit lib. de incant. aut quia ſono Campanæ attenuatur aer, & rareſcit, vt Petrus Mexias voluit in Sylu. var. lect. attenuatus autem non poteſt in aquã concreſcere, aut quoniam Campanæ ſono pellũtur ex aere Dœmones, quorum opera erat tempeſtas excitata. Pelluntur autem, non quia huiuſmodi ſpiritus ſilentium amare credũtur, eo quod ſilentes vocauit eos Ouid. 5. faſt. & 6. Æneid. Virg. eamdẽq; ob cauſam quoties eos loquentes inducit Ouidius, murmurantes inducit; vnde ait ibidẽ.

Vm-

Vmbra cruenta Remi viſa eſt adſiſtere lecto
Atq; hæc exiguo murmure, verba loqui.

Nā ſi ſpiritus ſunt, nequaq̃ poſſunt allici, aut pelli à ſono. Idem præterea faceret quuis ſonus: at ſecus experimur. Pelli ergo Dœmones Campana, crediderim vt Magius aduertit 4. miſcell. 14 quia Campana eſt ſignum rei ſacræ: fugiunt autem ſacra quæq; Dœmones, & auerſantur.

Eiuſdem ſonitu maleficia impediri, ab antiquis, & illis quidem Ethnicis eſt creditū. Liuius, *diſpoſita in muris Campanorum, imbellis multitudo, cū aeris crepitu, qualis in defectu Lunæ, ſilenti nocte ſolet cieri.* Poetæ quoq; in eadem ſententia, vnde Tibull.

Vide Turneb. lib. 22. c. 24. Plin. lib. 2. c. 12.

Curſu Lunam deducere tentat,
Et faceret, ſi non, æra repulſa ſonent.

Iuuen.

Aera laboranti poterant ſuccurrere Lunæ.

Laboranti ait, quia Lunam dolere credebant, dum malefici placitis, maleficiorum vi obedire cogebatur.

Ob eamdem cauſam vocat Lunam Horat. erubeſcentem præ verecundia. Cum ergo conducat multum Dœmones à funere eijcere, quippe qui ſepeliendis præſertim illudere ſolent, ſpectra, & maleficia tollere, ſerenoq; cœlo, & tranquillo, non tempeſtatibus fœdo, nō humecto efferre defunctum, atq; hæc omnia campana præſtet, non tuba eligenda, vel tibia, ſed campana, eſt cœteris omnibus præferenda, quidquid dicant quidam hæretici, qui campanæ vſum, à funere eſſe ablegandum cenſuerun.

Athigendis iiſdem Dœmonibus, cum multum conducat Chriſti Cruci affixi imaginem deferre, præcedat hæc quoq: Defunctum. Equidē ſi, & illud quoq; in funere probatum eſt multis, vt varia honorum inſignia prēmittātur, quib⁹ viuēs à Rege, Imperatore, aut quouis alio Principe fuit decoratus, placu tq; vt quiſq; cum ſuæ profeſſionis inſignibus ſepeliatur, erit certè crux deferenda nàm ſi ea ſtemmata ſunt præclara, ea inſignia, illuſtriaq; quæ ſummis nos affectos honoribus à Principibus, ſummè ab iiſdē dilectos atteſtantur; quænàm fumoſæ imagines poterunt cū Cruce conferri? Enim verò hæc declarat, ſummum illum Principem, & auctorem totius magnitudinis Deum, tanto nos eſſe amore proſequutum, vt nec mori pro nobis recuſarit. Recuſarit autem? libens, lubenſq; voluit, & mortis deſiderio flagrauit.

Demùm, cum preces illæ, quas alta voce Sacerdotes effundunt, conducant eodem, laudandus hic concentus, & hi muſici amplectendi.

An & Prēficę? cōductas has eſſe à Romanis ad plagēda funera, ſiquis eſt, qui ignoret, is rerum

rerũ plane omniũ eſt ignarus. Feſtus. *Præficæ dicuntur mulieres ad lamentandũ mortuũ cõductæ, quæ cæteris dant plãgẽdi modum.* Lucian. Dial. de luctu ſic mortuũ loquẽtẽ inducit, *Eiulatus iſte veſter, quid mihi confert? aut quid iſta pectorum, ad tibiæ modum percuſsio? aut quid mulierum immodica lamentatio?* & paulò poſt, *attamen vecordes iſti vociferantur, & accerſito quopiam lamentorum artifice, qui multas antiquas calamitates in vnum congerat, certaminis adiutore, & amentiae chorago abutuntur. Vbicumq; cæperit ille, ipſi ad melos eiulatu reſpondentes,* Hinc affertur lux Arnobio, qui deſcribens luctum lib. 5. quo mater Atym extinctum proſequebatur, *& ſociatis* inquit *plãtibus cum Adeſti tundit, & ſauciat pectus pauſatè hoc eſt factis pauſis, & ad ſonum.* Dilucidatur ſecundo monumentum illud, quod inter Aue:ſam, & Baias inuẽtum tradit Vuol fãgus l.z.us lib. 3. de Republ. R..m. cap. 18.

D M.

P. Attilio Ruſſo, & Actiliæ Baronicæ vxor. vixer. an. xxiv. ſed Publ. Menſ. 10. ante natus eſt, & eadem hora Fungor. Eſu Ambo mortui ſunt. Ille acu, Iſta Laniſicio vitam agebant: Nec ex eorum Bonis plus inuentum eſt, quam quod ſufficeret ad emendam Pyram, & Picem, quibus corpora crematentur, & *Præfica conducta, & vrna empta.*

Excludendas verò eſſe, apertè docet Concilium Toletanum tertium; ſiquidem ſtatuit, vt refert ex Gratiano Gretſerius, *religioſorum omnium corpora, qui diuina vocatione, ab hac vita recedunt, cùm pſalmis tantummodo, pſallentium vocibus debere ad ſepulchra deferri; nàm funebre carmen, quodcunq; Defunctis cantari ſolet, vel pectoribus ſe, proximos, aut familias cedere, omninò prohibemus.* Quod vero neq; aliæ perſonæ ad pompam admitti debent, quæ funus exornaturæ præcedant, qu.a apertè deducitur, ex dictis ſupra, vbi cenſorium funus improbauimus, propterea non eſt, cur in re hac confutanda immoremur. *Lib. 1. de funere Chriſtian. c. 5.*

De Campanarum origine. Cap. 32.

POſtquàm vidimus quænam perſonæ debeãt præcedere funus, eſſet nunc conſequens recenſere eas, quæ debẽt Defunctum efferre; Quoniam verò, quæ præcedenti capite à nobis ſunt dicta, faciunt obicem, idcircò antequàm vlterius progrediamur, conabimur diluere illa. Dictum eſt, inter alia inſtrumenta, quæ pulſari antiquitus ſolebant in elatione cadaueris, fuiſſe campa-

nas,quod nullus admittet forraſsè;nàm communis omnium ſententia eſt,D.Paulinum Antiſtitem Nolanum , inueniſſe Campanas , eamq; ob cauſam Nolas eſſe dictas , quia Nolæ inuentæ:Campanas verò , quia Nolæ pariter, Campaniæ Vrbis primū extructæ fuerunt , vt Durandus lib.primo de ritib. Eccleſiæ cap.4.& lib.3.cognat.Gilber.

Nec tantùm Campanæ Nolæ ſunt dictæ, ſed ,;& campanile nolarium eſt appellatum, vt conſtat ex illa inſcriptione, quæ in oppido Marini Columnenſium propè Romam habetur in Campanili, eſt autem iſta.

In nomine Domini Amen.
Anno Dom. M.cc lx11.
Anno verò Pontificatus Dom. Vrbani 1v. Papæ Opus hoc Nolarij .

Et in Ateſte vetuſtiſſimo Patauinæ Diœceſis municipio.

Anno Dom. M.CC. LI. in dic.nona de Menſe Maij deſtructum fuit Nolare, quod hic erat iuſſu , Ezzelini de Romano . In M. CC. LXXXXV. indie.octaua,die XII. Aprilis,captum fuit reedificari per commune extensè .

Confirmatur demum , quia inſignia Vrbis Nolę ſunt Campana,& Cicada:illa,quia Nolæ inuenta:cicadæ verò , quia ſono campanæ à Paulino iuuentæ,sūt expulsę ab Vrbe , cuius incolis erant non parum clangore infeſtæ.Vnde veluti ſtemmata virorum Illuſtrium , ſubactorum hoſtium ſpolijs decorantur,haud ſecus Nola.

Sed licet hæc ſententia,vſq; adeò communis videatur,vt ſi quis ſecus ſentiat,videri vulgò poſſit, nō benè sētire de Diuo Paulino , non verebor tamen eum doctiſſimis Viris affirmare,antiquiorem vſum Campanarum fuiſſe , quàm vt in D. Paulinum referri ille poſſit: & licet præcedenti capite id innuerimus, ſiquidem monſtrauimus Poetis Ethnicis creditum,Campanarum ſonitu pelli Dęmones maleficiaque impediri, oſtendam tamen latius id ipſum hoc capite , vbi próprius locus:quam ob rem tantum abeſt , vt Diuo Paulino diſplicere intelligam, aut rem ingratam ciuibus meis facere , vt putem contra,maximas mihi gratias eſſe ab illis habendas;ſiquidem ita magnificè de illis ſentio , vt veritatis amicos eſſe intelligam , adulationi nequaquam obnoxios:nàm quod D.Paulino rem faciam gratā , ſi quis eſt,qui neget,hic aut D. Paulinum veritati infenſum tacitè fatebitur eſſe , aut falſa quadam,& inani gloriola delectari,quod piæ aures abhorrent . Eia ergo rem agamus . Polydorus Virg.lib.3.c.8.inter ignoratos inuentores rerum,vt bombardarum , & horologij , recenſet inuentores Campanarum,quod nullo modo affirmaſſet , ſi pro comperto habuiſſet,

Digitized by Google

bniſſet, ad Diuum Paulinum, tamquàm ad primum auctorem, campanarum originem eſſe referendam. Scimus ſecundo venditores piſcium, tintinnabula ſolitos pulſare, vt longè diſſiti audirent, iàm venditores p ſciũ aduenisse, ac propterea ad emendum accurrerẽt. Locus eſt apud Plutar. lib. 4. qq. conuiual. q. 4. Vbi hęc ſcribit ad verbum ſecundum interpetres, *obſoniuoros, & obſoniorum cupidos vocamus, non qui bubulis carnibus delectantur, vt Hercules, qui poſt carnes, virides ficus edit: non qui ficubus, vt Plato: qui vuis, vt Arceſilaus, ſed qui ſubinde in foro piſcario versãtur, & tintinnabulũ leuiter exaudiunt.* Sed luculentius hoc ipſum colligitur ex ijs, quæ Cytharædo cuidam accidiſſe narrat lib. 14. ſuę Geograph. Strabo. *Cùm inquit Cytharædus quidam artem oſtentaret audirentque eum Iaſsij omnes, quàm primum tintinnabulum increpuit vendendorum piſcium ſignum, illi omnes relicto Cytharedo, ad piſces dilapſi ſunt, præter vnum Surdaſtrum. Cytharædus itaq; propius ad illum accedens, ò homo (inquit) gratias tibi ingentes habeo, cùm propter Muſicæ ſtudium, tùm propter honorem erga me; nàm cæteri quamprimum tintinnabulum increpuit, omnes abierunt. Ille quid ais, inquit? num iam tintinnabulum ſonuit? Qui cùm affirmaret, iam tibi benè ſit inquit; & ſurgens ipſe etiam digreſſus eſt.* Habemus tertio ex Martiali Romanos, poſt pilæ ludũ, lauari calidis conſueuiſſe, & balneandi horam, tintinnabuli ſono ſignificatam, vt ludentes, & alij, qui exercebantur, miſſo ludo ad balnea accurrerent: afferam verſus.

Redde pilam, ſonat aes Thermarum: ludere pergis:
Virgine vis ſola, lotus abire domum.

Claudebantur. n. Balnea trãſacta ea hora; propterea ait, lauaberis tantum aqua Virgine, ita dicta, vel quia à Virgine inuenta, vel quod nullis ſordibus pollueretur, vt ex Caſſiodoro 7. collect. monſtrat lib. primo artis gymnaſt. Mercur. Neq; tantum in Balneis, ſed in triumphis quoq; vtebantur cãpanis Romani, quiq; ob aliquod facinus vltimo puniebantur ſupplicio, campanas collo ſuſpenſas ferebant, vt teſtatur Fab Gualter in ſuis notis ſuper collectiones Pangiroli.

Zonaras quoque tõ. 2. *appenſa* inqt *erat currui Nola, et flagellũ quo innuebãt in tot poſſe eũ calamitates incurrere, vt aut flagris cæderetur, aut capite damnaretur; nàm qui ob facinus extremo puniebantur ſupplicio, Nolã geſtare ſolebant, ne quis inter eundum, contactu illorum piaculo ſe conſtringeret.*

Conſtat quarto ex Plin. lib. 36. cap. 13. fuiſſe antiquis vſui Campanam ad monendos homines, conuocandoſq; nam deſcribens eo loci immenſam labyrinthorum fabricam, *ſupra id* inquit, *quadratum, Pyrami-*

des ſtant quinq; quatuor cum angulis:in medio,vna, in imo latæ pedum ſeptuagenum quinum, altæ centum quinquagenum:ita faſtigiatæ, vt in ſũmo orbis æneus, & petaſus vnus omnibus ſit impoſitus, ex quo pendeant excepta catenis tintinnabula, quæ vento agitata longè ſonitus referãt, vt Dodonæ olim factum. Lucian. quoq; de Syria Dea. *Sacerdos* ait *poſtquam ad ſummũ templi peruenit, preces pro vnoquoq; facit: precãdo autem pariter, & æneum quoddam tintinnabulum pulſat, quod motum grauiter, & asperè ſonat,* & Dial. de mercede conductis, tractans quam miſera ſit conditio eorum, *manet* inquit ὑπὸκωδὼν, *hoc eſt ad tintinnabulum expergefactus, diſcuſſa ab oculis dulciſsima ſomni parte.* Ijs quę ſuadebant D. Paulini inuentum fuiſſe Campanam, & ſi poſſem breuiter ſatisfacere, vt ſi dicerem D. Paulinum, ad munia diuina huius inſtrumenti vſũ tranſtuliſse, vt ſcilicet eius ſono exciri poſſent remotius habitantes ad conciones, & precationes indeq; factum, vt Nola dicatur, aut campana, illud inſtrumentum vocale, vt illa vtantur pro ſtemmate Nolani, & quoniam cicadas ab agro Nolano extruſerit; nihilominusquia diſcutere ſingula non parui eſt momenti, id faciemus; ac primum quod pertinet ad nominis impoſitionẽ, non eſſe Campanam Nolam dictam, quia Nolæ ab Antiſtite Nolanorúm inuenta, conſtat inde, quia antequam naſceretur D. Paulinus Campanam, Nolam vocabant; Refert .n. Quintil. lib. 5. inſtit. orator. cap. vlt. hoc prouerbium, *in Tridinio Cho i in cubiculo Nola*, quo Cœcilius, Comicus, vt auctor adagiorum aduertit, reprehendit multibibam quamdam fœminam, quæ citra pudorem in conuiuio calices ſiccabat, vocant .n. Græci choam congium, ſextariorum ſex capacem, & veluti nos ebrium hominem, & bibacem vtrem vocamus, ſic Græci choam. Damnat eamdem importunæ loquacitatis, ſiquidem in lecto vbi potiſſimũ ſilentio ad ſomnum conciliandum eſt opus, inſtar Nolæ obſtrepebat. Quamobrem ſi quid in re iſta diuinare licet, ſuſpicor ego, non eſſe Campanam dictam Nolam, quia D. Paulinus fuit inuentor Campanæ, ſed potius Vrbi hoc nomen impoſitum, quia in eius extructione, & mœniorum erectione, Campana aliqua fuit adinuenta; nàm hanc ob cauſam nomina ædificandis Vrbibus imponi conſueuiſſe, teſtificantur multa, ac primum Neapolis, quæ à Syrena in eius extructione inuenta, eſt dicta Parthenopes: Capua à Cadauere Capys ibi effoſſo & Academia Patauina, Academia Bouis, à Boue pariter in eius extructione ad inuento. Nam quod nonnulli Nolam dictam putãt à verbo Grœco νω & λα, mihi nequaquam placet quidquid dicat Ambroſius Leo ciuis meus lib.

Vide Rhodigin. lib. 14. c. 11.

Digitized by Google

lib. primo de Vrbe Nola, Strabo, & alij, Nam ob eamdem cauſam Auerſa, & aliæ Vrbes multæ, quæ & flumine carent, & lapidibus, Nola debuiſſent dici. Campana eadem eſt dicta à Campano aliquo inuentore.

Vt eadem Nolani vtantur pro ſtemmate, inde fieri potuit, quia Nolanus Antiſtes in pium vſum tranſtulit Campanas; nam ante ipſum nondum noſtra mater Eccleſia, ijs vtebatur: noſtra inquam Eccleſia, nam Gentilium templis appenſas Campanas ad conuocandos homines, ſuadet Suetonius in vita Octauiani his verbis, *cum dedicatam in Capitolio ædem Tonanti Ioui, aſſiduè frequentaret, ſomniauit queri Capitolinum Iouem cultores ſibi abduci, ſeque reſpondiſſe Tonantem pro Ianitore, ei appoſitum, ideoque mox tintinnabulis faſtigium ædis redimiuit, quod ea ferè Ianuis dependebant.* Vel dicamus, idcircò opinatos vulgò omnes eſſe Diui Paulini inuentum fuiſſe campanas, quia ipſe primum in hanc figuram redegit, docuitque ex huiuſmodi metallo efformare: nam eæ, quarum apud antiquiores Scriptores mentio facta reperitur, eneæ erant, ollis ſimiles.

cap. 91.

Vide Beroald. & Cauſab. ſuper hūc locum.

Vulgarium commentū eſſe, quod quidam affirmant, campanæ ſono cicadas Nolano ab agro, & colle, qui ab earum copia Cicala eſt dicta, expulſas eſſe, ac propter hanc cauſam Nolanorum ſtemmata eſſe cāpanam, & cicadam; certū multas ob cauſas: ac primum quia Cecala græcū nomen eſt, quod latinè idem ſonat, quod terra bona, nam γῆ terram ſignificat καλὰ, bona. Secundo, quia neque hæc, neque ager Nolanus cicadas habuit vnquam, ſi fides Ambroſio Leoni, qui exactiſſimè ſcripſit de Vrbe Nolæ, eſt habenda. Cur verò non adhibenda, ſaltem in re hac, quę conſpicua admodum videtur, & manifeſta? ſcribit enim Plin. lib. ij. nat. hiſt. cap. 2. deſumens ab Ariſtotile lib. 5. de hiſtor. animal. cap. 30. cicadas non naſci in arborum raritate: idcircò non ſunt Cyrenis circa oppidum, nec in cāpis, nec in frigidis, aut vmbroſis nemoribus. Itaque cum careat arboribus ager, qui propè Nolam: Cecalæ collis ſit vmbroſus: nec Nola, nec Cicalæ Caſtrum abundare cicadis vmquam potuit. Tertiò ſcribit idem Plin. cit. loc. cicadarum alias mutas eſſe, vocales alias: ſic naſci in agro Locrenſi, Rhegino ſilere: cuius diuerſitatis ea ratio tradi poteſt, quia cicada, haud perſtrepit, aere per os expirato; nullum enim os habet, ſed ala pectus percutiente. Nunc veluti humectum timpanum, nullum ciet ſonitum, quia hic fit colliſione corporum durorum: ſic humectata cicadarum ala, tantum abeſt, vt poſſit illa eſſe vocalis, vt nullum cieat ſonum. Vnde quia Rheginorum Regio opaca, & vmbroſa cicada-

Digitized by Google

rum alas humectabat, ſiccabat Locrēſis: hinc hę vocales erāt, illæ mutæ. Nunc verò aër noſter Nolanus eſt humidus. Quare Rhegino ſimilis agro. Vt ergo in agro Rhegino mutæ erāt cicadæ, haud ſecus Nolanæ, ſi quæ tamen aliquo tempore fuerunt.

At ſi hæc ita ſe habet, quæ ratio trad. poteſt Nolæ ſtemmatum?

Quod pertinet ad campanam, prōpta eſt ratio, ea enim vtitur, tamquàm ſtemmate, quia Nolæ Antiſtes primum, in vſum pium tranſtulit campanas. De cicadis aliqua difficultas, quam ſoluere huc vſque non valeo; nam me prorſus latet huius facti ratio.

Qui, quot, & quomodo debeant deferre Defunctum. Cap. 33.

OCcaſione eorum, quæ cap. 23. à nobis ſunt dicta, diuertimus aliquantulum à curſu inſtituto: nunc captū pergamus iter, quoad ad optatum portum adpellamus. Duo conſideranda proponebantur in elatione defuncti, perſonæ, quæ anteire debebant, quæ efferre. Quando ergo actum de primis, agendum nunc de ſecundis. A quibus ergo efferri defunctus debet, quot, & quomodo, diſcutiemus breuiter hoc capite.

Quod pertinet ad primum ſiquid antiqui fecerint, indagare velimus, multis munus hoc deferendi, datum inueniemus. Detulerunt quandoque propinquiores Defuncti. Sic Quintum Metellum Macedonicū, à quatuor eius filijs, vno Prætore, & tribus Conſulibus rogo illatum Plin. lib. 7. cap. 44. teſtatur; quem morem reſpiciens Iuuenal. dum Priami miſerias recenſet, hæc Satyr. 10.

Incolumi Troia Priamus veniſſet ad Vmbram,
Aſſaraci magnis ſollemnibus, Hectore funus
Portante, ac reliquis fratrum ceruicibus, inter
Iliadum lacbrymas.

Ferebant autem capite velato mares, nudo fœminæ, vt ſcribit Plutarc. lib. quæſt. Roman. 13. idque duas ob cauſas, quas eo loco idem Plutarc. affert: alteram, quia filijs venerandi parentes, vt Dij: ſacrificabant autem Dijs tecto capite. Quare & eodem modo deferre debebant.

Sunt ijdem lugendi à fœminis, poſtquam vita ceſſerint: lugebant autem crinibus ſparſis, ſciſſiuè comis. Quare aperto capite debebant efferre.

Præterea id luctui quam maximè congruit, quod maximè alienum ab inſtituto eſt, & conſuetudine; quamobrem poſtquam conſueuerant Romanæ mulieres tectis, mares nudis capitibus in publicum progredi, iure nati velatis capitibus, efferebant Parentes, nudo fœminæ. Datum alias hoc munus Senatoribus. Tacit.

lib. 2.

lib.2. annal. de funere Auguſt. *Conclamant Patres corpus ad rogum, humeris Senatorum ferendum.* & Sueton. *Senatorum humeris delatus in campum, crematuſque eſt.*

Deferebatur interdum ab vniuerſo Populo. Sic Trebius, quia in ædilitate Populo aſſibus frumentum præſtiterat, ſupremo die, Populi humeris, in rogum portatus eſt, vt Plin. eſt auctor lib.18. cap.3. & Plutarc. in vita Pauli Aemilij, loquens de funere illius. *Quotquot* inquit *fortè Romæ, eo tempore fuerant Hiſpani, Ligures, Macedones, ex his iuuenes quique corpore erant valido feretrum ſubiere: maiores verò natu proſequuti ſunt, Seruatorem, & Patrem Patriæ appellantes.*

Nonnumquam manumiſſi, corpus proprij Domini exportabant: quandoque Veſpillones ferebant; ferebant autem tenuis conditionis homines, aut populo, vel cunctis inuiſos. Hinc Domitiani cadauer, per Veſpillones exportatum Suetonio auctore in eius vita. Erant ijdem conditionis ſatis abiectæ, & humiles: vnde Mart. notat Alaudæ vxorem, quod lecticariorum (ſunt hi ijdem, quod Veſpillones) amore capta eſſet: ait itaque.

Ancillariolum, tua te vocat vxor, & ipſa
Lecticariola eſt: *eſtis Alauda par es.*

Elatum denique funus à Sacerdotibus inuenimus, vt conſtat ex ijs, quæ de funere Syllę ſcribit Appianus.

Varius quoque mos apud Chriſtianos; nam quandoque defunctum clariſſimi viri detulerunt; vnde Hieronymus de Epithaphio Paulæ, *tranſlataque Epiſcoporum manibus, & ceruicem feretro ſubijcientibus;* communiter tamen à Veſpillonibus, quos Copiatas, lecticarios, Decanos, ſeu foſſarios, poſteriores vocarunt, delati defuncti; quibus, ne quid exigerent ab ijs, quorum funus curabāt, certum quemdam redditū Imperatores deſtinarunt: & quoniam ad aures Iuſtiniani peruenerat, adhuc iſtos amarulentè mercedē exigere, definiuit quantum ipſis ex deſignatis redditibus tribuendum eſſet. Quid eligendum?

Laudāt quidā Scriptores noſtri tēporis, vt quiq; deportētur ab hominib. ſui ordinis, vt à militibus milites, à Virginibus Virgines, & ab Epiſcopis Epiſcopi, ſi plures affuerint; *nam nullum*, aiunt *honorificentius onus eſſe debet, quam in ceruicibus Chriſtiani mortuus;* ita Durand. lib.1. de rat. diuin. offic. cap.35. & Pont. lib.3. progym. cap.59 Laudo ego, vt nō niſi à baiulis, iiſque robuſtis deferātur mortui; ij enim ſunt eligendi, qui oneri ferēdo ſunt ſatis. At nullus, aut ita robuſtus, aut ferēdis oneribus ęquè idoneus. Quare huiuſce generis homines eligendi excluſis omninò mulieribus; nam imbecilles, & quoniā, vt Durand.

ait, *cogerentur corpora ſua laſciuiam excitantia, denudare.*

Quod pertinet ad numerũ, tot eſſe debent, quot ferendo ſunt ſatis; nullum enim habet locum hic luxus, aut ambitio. Quare ſi infans ſit deferendus, vnus erit ſatis, aut duo: ſi ætatis prouectioris homo quatuor ſaltem adhibeantur: ſubrogentur alias plures, ſi onus ſit graue, & defunctus ſit longè efferendus.

Circa modum, ſcias eſſe in more quibuſdam, ter in via cadauer deponere, vt ait Durandus ob tres cauſas.

Prima eſt, vt innuant, in tribus ſeſe exercuiſſe defunctum, dum viueret; dilectione Dei, charitate proximi, & cuſtodia ſui.

Secunda, vt ſignificent, triduò Dominum in terræ ſinu manſiſſe.

Tertia, vt oſtendant, triplici abſolutione indigere, nã verbo, opere, & cogitatione deliquit. Quieſcunt demum ter deferentes, vt doceant defunctum in fide Sanctiſſimæ Trinitatis vixiſſe, & perijſſe. Cœterùm, quia omninò exoleuit hęc cõſuetudo, nec quicquam conducit, conſeruando defuncto, an quieſcant an aliter fiat; quouis modo faciant, nõ multum laboro.

Veſtitus nè, an nudus, tectus, an diſcoopertus debeat efferri defunctus.

Cap. 34.

VEſtiendum eſſe cadauer, docent omnes: neque vllus adeò immodeſtus fuit, quẽ ſuæ nuditatis non puduerit; & licet nihil ad mortuum videatur hoc pertinere, nam nullus in mortuo pudor, neque ſenſus; quia tamen viuentium oculi, nuditate cadaueris offenduntur, placuit omnibus, ob hanc ſaltem cauſam, veſtire defunctos. Præterea non ſolũ deformitas omnis eſt amouenda à defuncto, ſed procurandum, vt quantum fieri poteſt, formoſi appareant. Apparent autem formoſiores veſtiti, quam nudi. Quare veſtiendi.

De veſtibus controuerſia aliqua eſſe poteſt, eaque duplex: altera de genere veſtis, de qualitate altera; toga enim Romani, pallio Græci veſtiebant defunctos. Iuuenal. Satyr. 3.

Pars magna Italiæ eſt, ſi verum admittimus, in qua,
Nemo togam ſumit, niſi mortuus.

& Mart.

& pallẽs toga mortui tribulis.

Neq; vnico togæ genere indiſcriminatim tegebantur: nã vt Artemidorus lib. 2. cap. 3. toga vulgata vulgus, prætexta magiſtratus, purpurea veſtiebantur Cenſores.

Quod

Quod pertinet ad veſtis qualitatem, & Græcos, & Romanos, & alios multos, ſplendidè mortuos veſtiuiſſe inuenio. Virg. ij. Æneid. in funere Pallantis.

Tum geminas veſtes, oſtroque, auroque rigentes.
Extulit Aeneas, quas illi læta laborum,
Ipſa ſuis quondam manibus, Sydonia Dido
Fecerat, & tenui telas diſcreuerat auro.
Harum vnam Iuueni, ſupremum mæſtus honorem
Induit, arſuraſque comas obnubit amictu.

hinc apud Homer. conquæritur Andromaca, quod non liceret ſibi, Hectoris corpus veſte, quam in hunc vſum texerat, cooperire; vnde ait,

Te vermes comedent, raptabunt membra, caneſque
Poſtmodo, cum veſtes iaceant tibi in ædibus amplis?
Tegmina (heu fruſtra) muliebri texta labore
Sollerter, quæ nunc igni crepitante cremabo,
Non tectura tuum, miſerande marite, cadauer

Et Euriali mater apud Virg.

nec te tua funera mater
Produxi, preſsiuè oculos, aut vulnera laui,
Veſte tegens tibi, quam noctes feſtina, dieſque
Vrgebam, & tela curas ſolabar anili.

Hinc factum, vt mortui ſuperbi dicerentur; nam numquam ſplendidiore habitu induebantur. Soſias apud Plaut.

Faciam ego te hodie ſuperbum
ni hinc abis: quomodo?
Mer. Auferere, non abibis.

Receptum vſu hodie eſt; vt quiſque cum ſui ordinis veſtibus ſepeliatur. Epiſcopi itaque Epiſcopali habitu, ſacerdotali Sacerdotes, clericali Clerici ſepeliantur. Statuit Papa Eutimius nequis ſepeliat Martyres abſque Dalmatica; aut purpurato collobio. Sæculares ſolum varijs induti veſtibus hodie efferuntur ad tumulum; nam quidam cilicio, religioſorum veſte alij. Qui in hoſpitali moriuntur, aut nudi ſepeliũtur, aut ſyndone inuoluti. Contra diuites pretioſis in veſtibus fulgent, quod vt damnem, ſancti omnes ſuadent. D. Auguſt. de ſua matre, *Illa, imminente die non curauit corpus ſuum ſumptuosè contegi.* Chriſoſt. homil. 8. *tu cum audiueris nudum Dominum ſurrexiſſe, ceſſa quæſo ab inſana funeris impenſa. Quid ſibi hoc ſuperfluum vult, & anile diſpendium, quod ipſis, qui faciunt, plurimum affert detrimenti, mortuis nullam vtilitatem?* Imò non rarò euidens detrimentũ; ſumptuoſa namque ſepultura, non numquam cauſa eſt, vt fures cadauer effodiant, & nudum, & inſepultum proijciant: non numquam? Imò multoties factum credo, alicquin quorſum lata lex ab Imperatore contra expilatores ſepulchrorum, niſi eouſque creuiſſet, aut hominũ auaritia, aut immanitas, vt ne

quidem mortuis parcerent, ac propterea legibus eſſe coercendos iudicaſſent? Rectè itaque Chriſoſt. *O inanem gloriam: quantam in luctu vim, quantam amentiam oſtendit*; nam re vera nulla cauſa eſt, cur pretioſis veſtibus defuncti tegantur, niſi illa placeat fortaſſe quibuſdam, quam innuit Hieronymus; *quia credunt diuitum corpora, non niſi, in ſerico putreſcere poſſe.* Rectè itaque leges ſanxerunt, ne cum corporibus ornamenta condantur, neuè hæres parere eius volũtati cogatur, qui iuſſit cum ornamentis ſepeliri.

Quod ſpectat ad ſecundum arbitror ego tectum eſſe cadauer efferendum, cum ratione viuentium, tum defuncti; viuentium quidem, ne à prauo aliquo cadaueris halitu offendantur; Mortui verò, ne detectus, externis iniurijs magis pateat. Abſoluimus vtrumq; propoſitũ, nunc quo, & quando efferendus, dicendum.

Quo & quando efferendus Defunctus. Cap. 35.

CIrca primum non immorabor modo aliquo; nam etſi non me lateat, antiquiores Romanos, aliis lecto efferre ſolitos, lectica alios, alios tandẽ ſandapila: lectica diuites nobiliſſimos, & optimè de Rep. meritos; Sandapila viliſſimos quoſque, vnde Sueton. de Domitiano, *Corpus eius populari ſandapila, per Veſpillones exportatum*; quia tamen laudatus vſus apud noſtrates obtinuit, vt quiſque, niſi admodũ vilis, & ignobilis, in arca repoſitus, ſuper feretrum, aurea, aut ſerica culcitra contectus deferatur: neque vbi aliter fiat, nocumẽto eſt Defuncto, propter hanc rationem pluribus de re iſta diſſerere, ſuperuacaneum cenſeo, ſed ad ſecundum progredior.

Quare inquirendum commodum efferendi tempus, ac primum, quoto à morte die efferri debeat: Secundò an nocte, an die?

Quantum ad primum deferebant Romani, poſt octo à morte dies, ad ſepulturam defunctos. Seruius exponens locum illum 5. Æneid.

Præterea ſi nona diem, &c. Sciendum inquit, *quod apud maiores, vbi quis fuiſſet extinctus, ad domum ſuam referebatur: vnde eſt ſedibus hunc refer ante ſuis, & illic erat ſeptem diebus, octauo incendebatur, nono ſepeliebatur.* Id autem factum putant quidam, vt certi redderẽtur, eſſet ne verè mortuus homo; ſiquidem experientia didicerant, multos ad rogũ delatos reuixiſſe, vt Plin. lib. 7. cap. 52. Sed vel alia fuit huius conſuetudinis ratio, aut hæc ſuſpitio, & alia multa perſuaſere Romanis, vt humationem tamdiũ differrent: enimuerò ſi ab hac tantum cauſa moti, poſt ſeptem à morte dies hominem ſepulturæ mandaſſent;

Digitized by Google

ſent; eorum dumtaxat humationem distuliſſent, quos ſuſpicari poterant, eſſent nec ne mortui: vnde cum ambigatur de fœminis, nam vt Plin. loco citato, ait. *Harum ſexus, huic malo, conuerſione vului maximè opportunus*: ambigatur inſuper de apoplecticis, iiſque qui caro, aut ſyncope correpti, eam faciunt motus omnis, & ſenſus in membro quocumcumq; iacturã, vt quaſi mortui concidant, iaceantque: hoc tantum mortis genere peremptos, octauo à morte die tumulaſſent: at omnes poſt multos dies ab obitu deferebantur ad rogum. Quare vel non fuit hæc cauſa huius conſuetudinis, aut hac, & alijs moti, morem hunc inuexere.

Factũ itaq; hoc ſecundo, & dilata humatio, vt præparari poſſet funebris pompa. Patet hoc, quia ſtatim funerati, qui ſine aliqua pôpa erãt efferẽdi. Suetonius de funere Othonis, *& celeriter, & paruo cultu, nam ita præceperat, eſt funeratus*. Hinc pueri, & in vniuerſum omnes acerbo fato, & immaturo perempti, quia nulla cum pompa tumulabantur, ſtatim ſepultos fuiſſe, ex eorum hiſtorijs conſtat. Tacit. lib. 13. annal. loquens de funere Brittannici: *nox eadem* inquit, *necem Britannici, & rogum coniunxit, pro uiſo antè funebri apparatu, qui modicus fuit*, cuius facti rationem ſubdens Nero ait, *id à Maioribus inſtitutum, ſubtrahere oculis acerba funera, neque laudationibus, aut pompa detinere*. Plutarc. quoque lib. de conſolat. ad vxorem, *ſed in acceptis*, inquit *à maioribus per manus, moribus, atque legibus magis elucet, quid in his rebus ſit verum; ſuis enim infantibus mortuis, neque inferias libant, neque aliud quicquam faciunt eorum quæ fieri mortuis apud nos ſolent; neque enim terram, aut terreſtrium vllam partem infantes percipiunt, neque circa eorum ſepulcra, & monumenta, expoſitionem cadauerum commorantur, aut aſſident; nam leges id non permittunt, quia hoc nefas, cum hi in diuiniorem, ac meliorem conditionem ſimul, locumque conceſſerint*.

Tertia cauſa fuit, vt debiti extincto antequam efferatur, inferrentur honores; conſtat hoc primum, quia propè defunctum erigere ſolebant arã, in qua continuò incendebant odores; dictaq; eſt dicta ara, acerra, auctore Fœſto in verbo acerra; tametſi ibidem doceat, acerram dici quandoque arculam thurariam, vbi thus reponebant, iuxta quam ſignificationem vſus eſt hac voce Horat. lib. 3. Ode. 8. & Virg. lib. 5. Æneid. dicens,

& plena ſupplex veneratur acerra.

Conſtat idem ſecundo ex voce Nouendial, ſeu Nouendiales feriæ; ſignificat enim Nouẽdial, vt Lypſius ad lib. 6. annal. num. 18. nouem dierum ſpatiũ, in quibus ritu Romano mortuis parentabatur. tunc

iis

ijs iuſta, ludi, epulæ, inſcriptio, & funeri finis; quamquam ambigat, an Nouendial ſit ſacrum, quod Tullus faciendum inſtituit, poſt lapidũ imbrem. Hæc cùm facienda nullus hodie cenſeat, neque aliqua cauſa fingi poſſit, quæ id facere ſuadeat, erit ſtatim Defunctus efferendus: præſertim cum detentus facilè putreſcere poſſit, & adſtantes inficere.

Noctu ne, an die? noctu deferri antiquitus ſolitos docent multa, ac primum nomen funeris; nam vt Donatus in Andria, & alij, eſt funus ita dictum à funalibus, quæ in funere quocumque ad arcendas tenebras noctis, (tunc enim deferebatur) accendebantur. Patet idem ſecundo ex nomine Veſpillonis, quos ita dictos, & Feſtus, & alij putant, quia tempore veſpertino eos efferebãt potiſſimum, qui pompa funebri diu ob inopiam, non poterant duci, quaſi Veſperones.

Conſtat idem tertio, quia hanc ob cauſam faces in funere introductæ fuerunt.

Seruabant autem hoc in ijs præcipuè, qui in puerili ætate, fato immaturo peribant; vnde Nero, edicto ſe excuſauit, quod eadem nocte, qua Britãnicus mortuus, ſepultus fuiſſet. Id autem faciebant eam ob cauſam, ſi fidem velimus præſtare Moreto lib. 13. var. cap. 2. *Quia nefas arbitrabantur tanti mali, tantæque calamitatis ſpectatorem eſſe Solem*: Ob eamdem cauſam vocabant hoc funus acerbum. Virg. 6. Æneid.

Continuò audita voces, vagitus, & ingens,
Infantumq; animæ, flentes in limine primo,
Quos dulcis vitæ exortes, & ab vbere raptos,
Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo.

Vt noctu quoque efferantur Defuncti Iulianus Apoſtata præcepit, vt patet ex Cod. Theodoſ. tit. de ſepulchr. violat. licet aliam ob cauſam; Antiqui enim noctu mortuum efferebant, ne vel Magiſtratibus occurreret, aut Sacerdotibus, quorum oculos alieno funere violari nolebant. Iulianus verò, ne ſuperſtites occurrentes Defuncto, pro Anima ipſius, preces funderent: tametſi, aliã huic facto cauſam ille obtenderit, vt docet ex Ammiano Baron. tom. 4. annal. anno Chriſti 363.

Ego eam diei partem eligerem, quæ frigidior, nam quantum frigiditas eſt arcendæ putredini apta, tantundem calor arceſſit. Quamobrem cum nox ſit frigidior pars diei, noctem eligerem: Verum ſi dies quoque ſit frigida, hanc præferrem; nam luce iuuat, ne delatores cadant, calore verò non nocet. Nec timendum, ne à putridis, & venenatis halitibus inficiantur adſtantes; nam cum cadauer tectum deferatur, citò, & algeat: non eſt cur multũ à vaporibus timeamus. Atque hæc de hoc capite.

Ratio

Ratio dicendorum.

Cap. 36.

POſtquam vidimus, quid ante elationem, quid in elatione expediat, videre eſt nunc conſequens, quid poſt elationem oportunum eſt facere. Id eſſe faciendum intelliget quiſque, qui memoria teneat, quæ in initio huius operis ſcribere propoſuimus. Deductum ergo cadauer ad templum, ſuſcipiemus curandum: quare dicemus qua arte, quauè induſtria poſſit vindicari à putredine. Cæterum quia id fieri numquam methodicè poterit, ni præmittamus, quid putredo, quæ cauſæ illam inducendi vim habeant, quæ coercendi: propterea id primum faciemus.

Quid putredo, alteratio ne an corruptio. Cap. 37.

ALterationem eſſe putredinem, voluere quidam, vt Turis. Saluus & alij, quos refert Argenter. 3. art. med. 38. Nam definiēs eam Ariſt. 4. metheor. *Eſt* inquit, *corruptio proprij, & natiui caloris.* Caloris autem corruptio, eſt alteratio. In eamdem ſententiam videtur inclinare Galenus, ſiquidē definiens putredinem, ij. meth. cap. 10. *Eſt* ait, *putredo mutatio totius ſubſtantiæ putreſcentis ad corruptelam:* mutatio autem ad interitum, non eſt interitus, ſed via ad illum: & clarius hoc ipſum docet, dum tertio artis medic. 38. docet, putrefactos humores eſſe educēdos ſtatim, ſemiputres coquendos, eam ob cauſam, quia ad benignitatem naturæ, reduci poſſunt, quod non eſſet, cur ipſe ſperaret, ſi per putredinem eſſent omninò corrupti.

Reſpōdent alij cum diſtinctione difficultati propoſitæ, & quamdam putredinem, alterationem eſſe dixerunt: corruptionem aliam. Quæ verò corruptio ſit, quæ alteratio, nō ſatis cōueniunt. Vult Mercen. putredinem ſecundum partē, eſſe alterationem: putredinem ſecundum totum, corruptionem eſſe. Vult Zabar. lib. 1. de miſt. inter. c. 16. completam, & perfectam putredinem, qua diſſoluitur mixtum in elementa, corruptionem eſſe: imperfectam, & incompletam, cum multos habeat gradus, quandoq; interitum eſſe, alterationem quandoque: cum leuis illa eſt, alterationem eſſe docet: vbi grauior, corruptionem. Quod etſi videatur rectè dictum, placet nihilominus magis eorum placitum, qui quamcumque putredinem, corruptionem eſſe voluerunt: damno eos, qui putredinem omnē, alterationem eſſe autumarunt: Quid enim dicent, cum vident mixtum in elementa diſſolui, aut è re putri animalia gigni? corruptionem eſſe, aliquā ſaltem putredinem cogentur fateri. At quod vnaquæque ſit

corru-

Digitized by Google

corruptio, ſuaderi poteſt, quia putredo omnis eſt maximè oppoſita ſimplici generationi: habet autem motus oppoſiti, oppoſitos terminos. Quemadmodum ergo generatio omnis terminatur ad formam, ſic corruptio. Quare quæuis putredo,ſeu ſit ſecundum totum, ſeu ſecundum partem, ſubſtantialis formæ corruptio erit. Non eſt autem cur dicas, non opponi quamcumque putredinem, ſimplici generationi, ſed eam, quæ eſt ſecundum totum, & completa; nam putredo pariter,quæ ſecundum partem, fit auctore Ariſtotele, cum ea, quæ dicta putredine putreſcunt, fuerint ſeparata à Natura: eſt autem hæc forma; at receſſus à forma,illius corruptionem notat; quare omnis putredo eſt corruptio. Quid ad Ariſtotelem?

An exponemus cum Buccaſ. nomine caloris ſubſtantiã calidam,humidãque? Vel potius hærẽtes Argent. dicemus, turpiter Ariſtotilem hallucinatum fuiſſe, non nouiſſe putredinis genus: non conſtit ſſe demum ſibi? nam cum propoſuiſſet actiones frigoris, & caloris proſequi,de putredine agit, eamq; fieri docet patiente calore? Nihil verò minus; falſam enim puto expoſitionẽ Buccaſ. iniuſtè Argent. in Ariſtotilem inuehi.falſam eſſe expoſitionẽ Buccaſ. ſuadent duo, ac primum, quia nomen caloris, qualitatem ſignificat, non ſubſtantiam affectam calore; nam hæc calida appellatur. Secũdò,quia generatio fit dominãte calore,qui eſt qualitas. Quare eodem corrupto, putredo,non corrupta calida humidaque ſubſtantia. Nec id affirmare verendum,ob rationes Argenterij, nam diffinitio Ariſtotelis eſt cauſalis: formalis illa: eſt corruptio formæ mixti.

De Galeno quæ fuerit eius ſentẽtia,alij aliter autumarunt. Mihi eſt certum, voluiſſe Galenum,putredinem eſſe corruptionem Mixti,non omnimodam,licet interdum eouſque progredi poſſit,vt diſſoluatur omninò. Nec contra eſt,quod dixit,eſt mutatio ad corruptelam; nam vt moueri ad albedinem, aut calorem, eſt albeſcere, ſeu calfieri, ſic moueri, ad corruptionem, idem prorſus eſt,quod corrumpi. Quare ex Galeni quoque ſententia erit putredo corruptio. Non poterit ergo dices, putrefacta ſubſtantia concoqui. Reſpondeo,ſi ſit forma abolita omninò,fateor;at ſi non nulli gradus ſint corrupti,ſeruentur alij integri,vtrumque fieri poterit.

Hinc infero,nullnm eſſe diſcrimen, inter Galenum, & Ariſt. Nã Galenus dixit quid ſit putredo formaliter: eſt autem formaliter corruptio mixti,quod Galenus vocauit putreſcentem ſubſtãtiam. Ariſt. cauſam putredinis explicauit. Quare ſi completam deſideras diffinitionem, facilè illam aſſeque-

Digitized by Google

ſequeris, ſi vtramque iungas, Ariſtotelis nempè, & Galeni in hunc modum. Putredo eſt interitus mixti ab externo calore ambientis, proprium, & naturalem corrumpente.

Quoniam verò corruptio quæuis, aut naturalis eſt, aut præter naturam 5. Phyſic. 57. Conueniunt omnes putredinē eſſe naturalem interitum, eamque ob cauſam à combuſtione differre, nimirum, quia hæc violenta. Ita Ariſt. 4. Metheor. & omnes expoſitores ibidem. Difficultas eſt in declaratione concluſionis; nam cum natura ſit duplex, forma, & materia, quemadmodum quæuis corruptio naturalis eſt reſpectu materiæ, ſic quæuis eſt violenta, ſi formæ appetitus inſpiciatur.

Sit ne naturalis corruptio.

Propterea dixere multi, & eſt optimus modus opinandi, naturalem corruptionem vocari putredinem, violentam combuſtionem, quia illa fit iuxta leges à natura vniuerſali præſcriptas, qua ratione pluuiæ hyberno tempore factæ naturales dicuntur, præternaturam vero, ſi æſtate accidant; nam illud præſcripſit parens omnium Natura, ſcilicet, vt mixta quæcumque, interirent putredine; nam propriè relicta naturæ per putredinem in elementa diſſoluuntur.

Cuius nam corruptio putredo, ſeù de ſubiecto putredinis.

SEd cuiuſnam corruptio eſt putredo? profectò ſi modum, quo fit putredo attendamus, non eſt dubitandum, quin ſit mixti corruptio; fit enim putredo exhalante calore, & vna cum eo humidiori ſubſtantia euaporante; quo circa, quæ putreſcunt humidiora primum fiunt, mox ita ſicca, vt fimus tantū, & terra ſuperſit. At hæc non niſi in mixtis poſſunt fieri. Quare mixti corruptio putrefactio erit. Confirmatur; nam putredo eſt maximè oppoſita ſimplici generationi: fiunt autem contraria circa idem. Vt ergo generatio ſimplex, mixtorū eſt propria, haud ſecus putredo, ipſorum, paſſio erit. Ita omnes, nec quiſquam eſt, qui diſcrepet. Facit tamen Ariſt. difficultatē; ſcripſit enim 4. metheor. cūcta elemēta putreſcere, excepto igne, & 3. cœl. tex. 32. ne ipſum quidem ignem excepit, ſed à ſe ipſo marceſcere dixit. Medici quoque docent à putrefacto tum aere, cum aqua, excitari peſtem, vt latè Auic. part. 4 tract. 4. cap. 1. Non itaque erit putredo mixti tantum corruptio.

Ita eſſe fatentur quidam, quamquam non eodem modo concluſionem iſtam tueantur. Docet Mercen. putreſcere pariter elementa, putredine tamē ſecundum partem, quam alterationem eſſe cenſet, ſeu impurationem elementorum: putredine ſecundum totum, negat poſſe putreſcere; nam vbi calor aquæ inhærens corrumpitur, aut terræ humiditas, ſi

quam

quam habet, deſtruitur: tantum abeſt, vt vel aqua, vel terra putreſcat, vt vtrumque elementum redeat ad ſuam naturam.

Quod non eſſe acceptandũ, conſtat ex Ariſt. & ratione; perquirens enim Philoſophus 25.ſect.probl.19 cur ignis non putreſcat; *Quia* inquit, *quod putreſcit, neceſſè eſt infrigidari; nunc fieri nequit, vt ignis reddatur frigidus*, quod non eſt ita ſimpliciter intelligendũ. Si enim poteſt ignis corrumpi ab aqua, & à terra, cur non poterit idem i frigidari; ſed in hunc modum: non poteſt infrigidari ignis, interno eius calore, ab alio extracto, quia nihil datur calidius igne, & vt dixit 4. Metheor. *Omnia alia elementa ſunt materia igni*: hoc eſt collata ad ignem ſunt veluti materia, & pati ab eo poſſunt, non agere in ipſum.

Præterea aſſignata putredinis ſecundum totum diffinitione, ac volens probare, ab ambiente calido internum calorem corrumpi, probat illud, vt mittam modò alia ſigna, quia congelata nõ putreſcunt, & mare non niſi diuiſum putreſcit; eſſet autem probatio ridicula ſi mare, & quæ gelantur alia putredine à diffinita putreſcerent. Adde, & rationes; enimuerò ſi elementa, vbi alterãtur, aut impura reddun tur, putrefierent, malè eſſet nobiſcum actum; nam cum nullo vmquam tempore ſint illa pura, & ſimplicia, nullo vmquam tempore, non putrida eſſent elementa. Continuò itaque aerem putrem inſpiraremus, aquam biberemus putrem. Quod ſi non quamcumque alterationem putredinem vocet, profectò non alia eſſe illa poterit, quam humidi à ſicco ſeparatio; aut ſi diuerſam eſſe volebat, declarare tenebatur, nec rem tãti momenti adeò negligenter omittere.

Sed certè, qđ nõ aliter elemẽta putreſcant, ac cætera mixta, & quod eorum putredo, non ſit impuratio, quemadmodum dicit Mercen. conſtat inde clariſſimè, quia ex putredine aeris, fiunt muſcæ, veſpæ, & alia multa animalcula, quæ nos infeſtant: ex putrefactione ipſius aquæ, gignuntur vermiculię, ranę multę & alia ſimilia. E terra, quæ in putredinẽ abijt, mures, locuſtæ; vnde non malè medici ex copioſa horum animalium procreatione, peſtem futuram conijciunt. At non poſſunt hæc mixta modo aliquo gigni, ni præcedat ſubſtantialis corruptio. Quare non eſt alteratio tantum, elementorum putredo, ſed vera corruptio.

At dices, quo pacto poſſunt illa putreſcere, ſi ſimplicia ſunt, & impermixta?

Dicunt omnes, & benè, non putreſcere illa prout ſunt ſimplicia, ſed quatenus mixta, vnde Auic.lib.4.fen.1. tract.4. cap.1. poſtquam dixerat fieri febrem peſtilentẽ ab aere putri, ac declarare vellet, qua ratione

tione aer, cum ſit ſimplex corpus, poſſit tamẽ putreſcere, & febrem facere dicit; *& ſicut aqua, non putreſcit vllo modo, propter ſuam ſimplicitatem, ſed propter illud, quòd admiſcetur de corporibus terrenis humanis: ſimiliter aer non putreſcit, propter ſuam ſimplicitatem. Imò propter illud, quod admiſcetur ei de corporibus humanis.*

Quod ſi falſum id tibi videatur; nam omninò impoſſibile videtur, vt in aere omnia elemẽta cõueniant, maneantq; reuoca in memoriam, quam frequenter, & paſſim, & exhalationes, & vapores permiſceantur cum aere; quam paſſim, ex accenſis halitibus, in aere fit ignis; nam mox intelliges, poſſe omnia elementa conuenire in aere, ibique manere. Cogita præterea, quo pacto in aqua, sẽper eſt exhalatio aliqua, quæ terræ refert naturam, admixta: vt aer, vaporque coercitus intra eius viſcera continetur, vt conſtat, ex bullis, quæ ex aere, ab aqua aſſurgente continuò fiunt, nam mox mihi dabis, poſſe elementa omnia in aqua vniri: nec demum negabis, eadem reperiri in terra, quando cum terra, aqua, cũ aqua, aer, & igneus calor, ſeu ſit productus à Sole ſiuè à Cœlo, vna ſimul exiſtũt.

Quod verò his vnitis, mixta multa fiant, admittent quicũq; mixtionis cauſas, & modum agnoſcunt. Enimuerò ſtatim ac calor ille eſt admotus terræ, ad terminationem humidi cum ſicco adſpirabit, quod vbi eſt conſequutus, fit mixtũ quoddam imperfectum quod ab exceſſu terræ, terreum dicitur. Perdurabit verò tamdiû, quamdiu calor, qui eſt redditus proprius illi, licet terræ in ſua puritate ſpectatæ ſit præternaturam, dominium illud ſupra alia corpora obtinebit. At vbi ab externo adauctus calore, fit improportionatus, & terminando humido cum ſicco ineptus, cum portione tenui humidioris ſubſtantiæ euapórat. Hinc terra apparebit humidior in ſuperficie, & alia facta terminatione ſicci cum humido, quod vna cum calore exhalarat, multi pulices, & alia immunda animalcula vbertim gignentur.

In aqua præterea, vbi & exhalationes, & vapores miſcentur cum aere, vi caloris elementaris, aut cœleſtis: fiet à calore ſiccum terminante cum humido, imperfectum quoddam mixtum, quod putreſceret, vbi calor ille, ab externo adauctus calore, illi mixto fiet improportionatus; mox enim leuiores factę tenuiores partes, & humidiores, euaporabunt vna ſimul cum calido, ad aquæ ſuperficiem, vnde telicula illa, & vermes multi, ob terminationem denuò factam à calore, vna cum humido exhalante.

Sic demum aer, vbi vapores multos, exhalationeſque multas ex horum omnium mixtione, ope caloris ſiccum terminan-

minātis cum humido, aereum quoddam mixtum effingetur, & tamdiù perdurabit, quamdiù calor ille dominabitur cœteris. Corrumpatur à calore ambientis, hoc eſt intendatur, & improportionatus propterea euadat: attolletur vna, cum humidioribus particulis mixti, & per aeris regionem diſperſos, totus aer nubiloſus reddetur, denſus, turbidus, qualis in ſpeluncis, & foueis, obſeruatur; aut ex noua terminatione ſubſtantiæ humidæ, tenuioris factæ à calore exhalante: multa animalcula fient, vt propterea non malè Medici vbi hæc animalia, magna copia genita eſſe obſeruant, aut aerem eo pacto denſum, ac ſi ſitum quēdam contraxiſſet, futuram formidāt peſtem, quando ab aere putri, peſtis.

Hinc poteſt intelligi, cur ſolus ignis, inter cuncta elementa, non putreſcat. Nempè elementa putreſcunt propter ea, quæ illis admiſcentur; nunc nihil poteſt cum igne permiſceri; Nam quæcumq; ad ipſum attolluntur, mox actuoſiſſimum elementum in ſui vertit naturam. Quare nullum fit mixtum, quod poſtea putreſcere poſſit; quod in cauſa quoque eſt cur aer, qui propè ignem eſt, cum ſit caliſſimus non putreſcat, vt 25. part. probl. Ariſt. docuerat.

Fiat ne putredo corrupto calore naturali, & proprio. ſeu de cauſa putredinis.

AN rectè idem dixerit putredinem fieri corrupto calore proprio, & natiuo qui in humido: eſt hoc admodum dubium, multas ob cauſas.

Primum, quia cum aer in aquam conuertitur, corrumpitur quidem calor qui in humido, nec tamen putreſcere, aer dicitur.

Secundo, quia multa mixta ſunt ſicca, quæ tamen putreſcunt.

Tertiò. quę putreſcunt, fiunt calidiora. quæ non fiet putredo corrupto proprio, & natiuo calore.

Quarto frigus quoque concurrit ad terminationem ſicci cū humido, vt patet ex Ariſt. dicente; *Generant autem calidum, & frigidum, dominante materiæ*, & ratione; Siquidem vt generet calor, & ſiccum cū humido vniat, neceſſe eſt, vt ſit moderatus: quare erit neceſſaria frigiditas, ſaltem, vt contemperans: corrupta ergo frigiditate poterit induci putredo. Vel ergo non fit putredo corrupto calore, aut non corrupto calore, qui in humido, aut non tantum perempto calore, ſed frigiditate.

Pro cōtraria parte eſt Ariſt. & veritas, quod vt ita eſſe, cunctis pateat, erunt breuiter duo examinanda; primum, quid

nomine

Digitized by Google

nomine proprij, & naturalis caloris voluerit Ariſtotiles; nõ enim de re hac ſatis conuenit inter omnes. Videndũ ſecundo quid nomine corruptionis intellexerit, hinc enim patebit, an fiat putredo corrupto proprio, & naturali caloie.

Quantum pertinet ad primum punctum, eſt opinatus. Hieronymus Capiuacc. 1. aph. 22. caloris proprij nomine, cõplexionem eſſe intelligendam; nomine naturalis, formam ſubſtantialem. Hinc detegit artificium Ariſtotelis, docetq; cur diffiniens putredinem dixerit, eſſe corruptionem proprij, & naturalis caloris: agens verò de coctione, à naturali, & proprio calore fieri dixit, proponens, ly, naturalem, proprio, cum tamen in definitione putredinis proprium primo poſuerit, deinde naturalem. Ratio inquit eſt, Capiuacc. quia per putredinem, tẽperies primum corrumpitur, poſt hanc forma: coctio contra, quia primo, & principaliter à forma procedit, ſecundario à calore, hinc dixit: *Eſt coctio perfectio à naturali, & proprio calore.*

Sed quamquam ſint hæc ingenioſa, non ſunt tamen conſona, Ariſt. illud enim intelligit hic per naturalem, & proprium calorem, quem dixit dominari in mixti productione; nam cum ſint motus oppoſiti, quemadmodum fit illa, dominante calore, ſic eodem corrupto putredo. At calor, qui in generatione dominatur qualitas eſt, non forma, nam hæc ſequitur dominium caloris, & terminationem ab ipſo factam. Quare non debemus exponere formam per naturalem calorem. Vnde reijcitur quoquè Buccafer. qui per calorem, calidam ſubſtantiam expoſuit.

Collimauit magis, & ſcopũ, ni fallor, attigit Mercen. qui per calorem naturalem, dominantem, per proprium, proportionatum intellexit; nam cũ fiat putredo oppoſito modo, ac generatio, habebit ſe calor modo prorſus oppoſito in putredine, ac in generatione; at aut mixti generatio fiat, debet calor, prout eſt qualitas, ſiccitati, & humiditati dominari; neque vt cumque ſed vt ait Philoſophus, *Cum rationem habuerit, ex ſubiecta materia*, hoc eſt iuxtà exigentiã ipſius formæ. Quare fiet putredo corrupto proprio, hoc eſt proportione illa, & naturali, hoc eſt dominio caloris.

Quod verò proportio illa dominantis caloris primo corrumpatur, deinde dominium, manifeſtum eſt; nam ſi dominium ſtatim amitteretur, nulla animalia fierent ex re putri; at gignuntur, nec gigni illa poſſunt, ni aliquod haberet calor dominiũ ſuper qualitates paſſiuas. Quare proprietas caloris corrumpetur primũ, deinde naturalitas; vnde ſeiuncto ſicco ab humido, puluis tantũ ſupererit, & terra. Quod hæc

expoſitio, non tantum ſit vera, ſed Ariſtoteli conſona, patet ex eodem Ariſt. dicente, putredo eſt corruptio quædã, quod eſt dicere: ne putes, per quamcumque putredinem, calorem corrumpi omninò; nam quodam modo corrumpitur, nempè, vt proprius. Patet ſecundo ex capite de coctione; nam poſtquam dixerat, concoctionem fieri à naturali, & proprio calore, atque inſuper vellet declarare, quid nomine caloris naturalis, & proprij intelligeret, iſta ſubdit. *Quamdiu autem in eo eſt ratio, & proportio ſupra humidum, naturalis eſt*; vnde intelligitur, cur dixerit in definitione putredinis, primò corrũpi proprium calorem, deinde naturalem: contra coctionem à naturali, & proprio calore docuit fieri. Nempè concoctio fit à dominante calore ſub tali gradu, & menſura, & quoniam primum requiritur, vt dominetur, propterea naturalem primum appoſuit: in putredine verò, quia primo corrumpitur gradus ille determinatus caloris, mox dominium omninò amittitur, idcircò dixit eſt corruptio proprij, & natiui caloris.

Ex his patet ad contraria, nam calor aeris omninò corrumpitur, vbi in aquam conuertitur, ſecus fit in putredine; nempè non omninò deſtruitur calor, ſed tantum corrumpitur naturalis, & proprius. Piper, & alia mixta ſupra enumerata, tametſi ſint ſicca, habent tamen humiditatem, alioquin non eſſent mixta; quare poſſunt putreſcere. De tertiò dicemus infra.

Quarto probat noſtrã ſentẽtiã, nam vt frigiditas corrũpatur, neceſſarium eſt augeri calorem. Corrumpetur itaque calor, vt proprius. Quare fiet putredo corrupto calore Quo pacto hic corrumpatur, an illo imminuto, an eodem audacto mox dicemus.

Intendatur nè calor in putredine, an remittatur.

IMminui calorem per putredinem, atque inde fieri, vt non valeat amplius humidum terminare cum ſicco, ſuadent multa; ac primum Ariſtoteles, nam tradit putredinem fieri, exeunte calido, & vna cum eo humidiori ſubſtantia, quo circa videmus, quæ putreſcunt, calida primum fieri, & humida in ſuperficie, mox omninò exhalante calore, fimum tantum, & terram ſupereſſe; quæ nequaquam obſeruarẽtur, ſi augeretur calor per putredinem; quomodo enim fimus tãtũ ſupereſſet, & terra?

Suadent ſecundò experientiæ, nam fructus omnes per putredinem, acidi euadunt: lac quoque putrefactum acorem acquirit, vinumq; in acetum degenerat. Multa demum putreſcere videmus in frigidiſſimis Alpibus, puteiſuè: putreſieri alia in aere temperato,

&

& multo minus calido, quam ſit mixtum corrumpendum: quæ cum ſaluari nequeant, ni dicamus, imminui calorem per putredinem, hoc pacto calorẽ corrumpi, affirmandum. Confirmatur tertio, nam dato oppoſito, multa ſequerentur abſurda, nempè chylificationem, ſanguificationem, nec non nutritionem, putredinem eſſe: nos, & quęcumque ex ſemine fiunt, quantumuis ſint perfecta, ex putredine fieri.

Patet conſequentia, nõ enim gigni poteſt ex ſemine aliquid, ni ſemen corrumpatur, & in eius materia, noua forma inducatur. At corrumpitur ſemen, chylus, ſanguis, & alimentum à calore; quare ſi hæc eſt putredo, & putri nutriemur, & ex putri gignemur. Quod verò ſit putredo corruptio ſeminis, deducitur apertè ex Ariſtotele; ſcripſit enim 4. Metheor. bifariam mixta poſſe interire, combuſtione nempè, & putredine: quare cũ non deſinant illa per combuſtionem, vt eſt manifeſtum, deſinent illa eſſe per putredinem. Sequeretur demum, & aliud abſurdum, nempè cogemur fateri, & hecticam febrẽ, & diariam, putrem eſſe; nam in diarijs, ſpirituum calor, vt naturalis corrumpetur, & proprius: Idemq; patiuntur partes ſolidæ cordis per hecticam febrem. Putreſcent hæ itaque in hectica, in diaria ſpiritus; quod cum cõmuni ſenſui omnium Medicorum repugnet, dicendum non corrumpi calorem naturalem, & proprium mixti per intẽſionem, ſed quia imminuitur, remittiturque.

Ita putarunt quidam grauiſſimi Viri; ne tamen pugnam cum vniuerſa ſchola Medicorum ſuſciperẽt, quibus eſt perſuaſum à putrefactis humoribus febres gigni, & calidos quoſque affectus, dicunt, humorum putredinem, eſſe putredinem ſecundum partem, quæ alteratio eſt, non vera putredo. Alij aiunt combuſtionem eſſe, non putredinem, de qua Ariſt. Vnde dicunt ex combuſtis humoribus febres gigni, non ex putredine eorumdem.

Contraria tamen ſententia, quæ docet, calidiora eſſe, quæ putreſcunt, caloremq; in putredine corrumpi, quia intenditur, vera eſt, & primum probatur, quia fimus, qui ex palea gignitur, eſt calidior palea, ſanies ſanguine, fœces craſſiore parte chyli. At hæc omnia fiunt per putredinem. Putreſcentia præterea, vel omnia, vel ferè omnia fœtent, & fermentantur: Eſt autem fermentatio, & fœtor, caloris indiciũ: Quare apertè à veritate recedunt, quicumque ab hoc placito recedunt, negantque calidiora fieri, quæ putreſcunt. Repugnant quoque Hippocrati, ſcripſit enim lib. de nat. puer. num. 26. idcircò fimum addenſatum citius putrefieri, quam ſi rarum ſeruetur, quia addenſatione, calor intus con-

clusus,non ventilatur, eamque ob cauſam euadit inteſior,vnde & quam maximè aptus ad inducendam putredinē;quod omninò ineptè diceretur, ſi quæ putreſcūt, putredine calorem amitterent. Hippocratē ſequuti Medici omnes, obſtructionem ferè ſemper faciūt putredinis cauſam; nam per obſtructionem augetur calor, cuius intenſio excitandæ putredini ex eorum ſententia neceſſaria.Nec aliud placuit Ariſtoteli, alioquin quorsū ſcripſiſſet,ab ambiētis caliditate, putredinem fieri, eamque frequentius æſtate, quam hyeme bacchari? & certè non video, cur aliter quidam de re iſta fuerint opinati; eſt enim cuiq; compertum, putredinem, vel eſſe ſeparationem ſicci ab humido,aut fieri eamdem, ſicco ſeiuncto ab humido,ob impotentiam caloris, non valentis amplius illa regere: non valet autem,quia calidiores particulæ mixti, euaporant,cum quibus exhalant, quæ vna ſecum ſunt humidæ. At non poſſunt particulæ illæ in halitum verti,& ad mixti ſuperficiem primam deduci, mox vlterius agente calore, omninò ſeiungi, niſi incaleſcant, & calore leuitatem acquirant, à qua attolluntur in aerem. Quare in inchoata ſaltem,& progreſſa putredine dicendum, augeri calorem,in conſumata imminui; nam vbi calor omnis perſpirauit, frigeat neceſſe eſt, quod eſt reliquum. Quo poſito facilem habent multa explicationem; Etenim quod dicit Ariſtoteles, putredinis finem, cinerem eſſe,& terram,veriſſimū; nam conſumata tunc temporis putredo eſt,& vltimata.

Argumentum deſumptum à generatione ipſius aceti, magnum faceſſit negotiūm, quod vel inde poſſumus coniectari, quod aliter alij illud conati ſunt ſoluere. Putantes quidam vinum eſſe animatum,dixerunt nō gigni per putredinem,ex vino acetum, ſed morte. Vnde acetum,mortuum vinum eſſe autumāt. Alij parum ab hac ſententia recedentes, duplicem fingunt in vino calorem,& humidum duplex. Dicunt eſſe in vino calorem quendam elementarem, vitalem alium: quoddam humidum aqueum, aliam ponunt humiditatē continuantē partes vini, & nectentem: quibus poſitis ſubdunt, non fieri acetum,corrupto calore vini elementali,humidoq; continuante,foras tracto,ſed exeunte calido vitali, & humido aqueo exhalante. Alij, quibus hoc comminiſci, nequaquam placuit,calidum eſſe acetum contendunt. Quæ quoniam veritati non admodum conſona, tentandum eſt aliter propoſitam de aceto difficultatē diſſoluere. Dicimus itaque acetum per putredinem gigni ex vino,progreſſa tamen: ab hac, quia mixta frigidiora redduntur, ab inchoata verò calidiora; hinc mirum non eſt,ſi acetum

tum per putredinem ex vino genitum, eſt minus calidum vino. Aut dicant ſecundo, ni fateri placeat, ex conſumata putredine gigni acetum, ſed incipiente, euadere frigidum, quemadmodũ lac, & fructus, qui eſto incipiant putreſcere, mox aceſcunt: nempè illud idem, per putredinẽ fit, quod per concoctionem. Itaque vt cocta omnia euadunt calidiora, ſi inſpiciamus, qđ per ſe fit à cõcoctione: at ſi effectus per accidẽs inſequẽtes ſpectemus, non pauca fieri frigidiora videmus, quia calore incumbente in coctionem, contingit non rarò, partes quaſdam calidiores exhalare: haud ſecus, quæ putreſcunt, quandoque ſtatim ac incipiũt putreſcere, aceſcũt, & frigida euadunt, quia vel leuiter ab externo calore agitata, natiuum, & proprium amittunt. Statuendum itaque eſt, cuncta per ſe a putredine reddi calidiora, aliter tamen contingere quandoque per accidens: quia per accidens fit, vt mixto ebulliente, cum putreſcere incipit, calidiores quędam particulæ perſpirent.

Fieri ne poſſit putredo à frigido ambiente.

QVod adducebatur ad ſuadendum, quæ putreſcunt, frigidiora euadere, quia multa putreſcunt in frigidiſſimis locis, coegit quoſdam, vt dixerint, non omnem putredinem à calore fieri, ſed quãdam à frigido ambiente excitari. Quod falſum eſſe intelliget quiſque qui intelliget, quæ per putredinem fiunt. Iam verò, quæ per putredinem corrumpuntur, reſoluuntur in ea, ex quibus coaluerant elementa, ſeu partes proportione quadam, quatuor elementis reſpondentes. At frigidum ambiens occurrens mixto, aut illud conſtipando, & denſando, calfaciet per accidens, aut non augebit calorem, ſed eumdem extinguet. Si ab occurſu frigidi ambientis, calfacientis tamen per accidens, putreſcat miſtum, non putreſcet à frigido ambiente, ſed à detenta fuligine, ob addenſationem adductam in mixto, vt exempli gratia in cadauere, & conſequenter à calore ambiente. Vbi tanta eſt frigiditas ambiẽtis, vt corrumpat calorem, quà ratione fit, vt algida hyeme in ſenibus, & animalibus omnibus, quorũ puſillus eſt calor extinguatur: Corrumpetur quidẽ tunc tẽporis mixtum, at non per putredinem, quia frigidum illud ambiens, haud quidem diſſoluet mixtum illud in quatuor elementa, nec calor vna cum humido euaporabit, ſed elementum ignis, aut igneam, aeream que portionem, in ſui naturam conuertet, vnde terræ, aut aquæ generatio fiet. Vt itaque non eſt putredo combuſtio, quia vſtionis opera, omnia in ignem vertuntur: neque ignis comburens, putrefacere dicitur, non enim humidum

Digitized by Google

à ſicco ſeiungit, ſed humidas partes, frigidaſque in ſiccas conuertit, & calidas. Eadem ratione, vbi ſumma ambientis frigiditas, conuerſis aereis, & igneis partibus, in terreas, & aqueas, corrumpit mixtum: corruptio illa, putredo non erit, ſed vnius elementi ex altero generatio.

Confirmatur idem, quia frigus non ſeparat, quæ ſunt diuerſæ naturæ, ſed illa vnit, & congregat. Quare cum debeant per putredinem mixta, in ſua principia diſſolui, numquam fieri poterit, vt per ſe à frigido, oriatur putredo. Per ſe inquam; nam quod per accidens ipſam inferre valeat, adſtringendo nimirum, & detinendo fuligines, quæ liberè antea perſpirabant, iam dictum.

An poſſit alia via putredinem facere? affirmat Zabarella lib. 3. de miſti gen. & inter. Putat itaque frigidum aerem agere in mixti calorem, ipſumque corrumpere, extinguendo ipſum: deinde, vbi cò redactũ eſt mixtum, vt ſit æquè calidum, ac aer, tunc agens calore in mixtum, educit mixti calorem, & putredinem infert. Qui non placet; nam inter ſimilia qualitate, & gradu, nulla actio intercedere poteſt. Quare non poterit aer, æquè ac mixtum calidus, in mixtum agere. Quare neque ipſum corrumpere. Nec vis argumenti eneruatur, ſi dicas, nõ agere corrumpendo, ſed euocare tamquam ſimile, quia ſimile adcurrit ad ſimile: hoc inquam non valet; nam calor non trahit, neque ignis adcurrit ad alium ignem: nec ſi occurrerēt ſimilia ſimilibus, poſſent partes calidæ mixti, ad aerem calidum aduolare; non enim ita leuis, & laxa eſt mixtio, vt ſua ſpontè poſſint partes, quæ ſunt aeri ſimiles, ad ipſum adcurrere.

An ab humido, aut ſicco.

EX iiſdem poteſt facilè intelligi, non poſſe putredinē fieri ab ambiente humido, vel ſicco: nam quãtumuis humiditas augeatur, nõ ſeparatur propterea à ſicco humidũ: quare neq; fiet putredo. Minor conſtat, quia humidæ partes ſeparantur, vna ſimul cum calidis: *Et euaporante calore, coeuaporat, quod vna ſecum, eſt humidum*. 4. Metheor. at calor exhalat, vbi eſt intenſior redditus, nam partes caliditate leuiores redditæ expirant. Ergo cum ab humido aere, ſiccoque, non poſſit hoc fieri, non poterit putredo fieri ab humido, aut ſicco ambiente. Quare fateri cogimur, ab ambiente calido, ſemper illam fieri. Non tamen à quouis; Nam vbi plus iuſto eſt calidũ, aut comburit, aut ſiccat: vnde arcet putredinem. Quo fit, vt Medici rerũ odoratarũ vſtione, putrem aerem emendent, & peſtis ſeminaria tollant. Atq; hinc patet ad argumentum de hectica febre. Nempè hinc conſtat non eſſe febrem illam putridam, quia etſi calor partium ſolidarum, corrumpatur

patur

Digitized by Google

patur per hecticam febrem, hoc eſt intenditur: non tamen ita intenditur, vt exhalet, & vna cum illo humidiores partes euaporent, ſed conſumuntur potius; nam hecticæ eſſentia magis in ſiccitate conſiſtit quàm in calore.

An ab interna mixti frigiditate.

POteſt ne ſaltem fieri ab interna mixti frigiditate in hunc modum: vbi cœpit extrahi ſubſtantia calida ab intimis mixti partibus, inuadet frigus illud internum, earumq; calorē imminuere conabitur?

Tenent multi partem, quæ affirmat, Ariſtotilis teſtimonio ducti, qui poſtquā diffinierat putredinem ſubdit: *quare quoniam ſecundum indigentiam patitur calidi, indigens autem calido frigidum omne: ambæ vtiq; cauſæ erunt, & putrefactio communis paſsio, & frigiditatis propria, & caliditatis ambientis.*

Qui nullo pacto admittendi; non ob eam rationem, quam Zabarella affert, quia ſi interna mixti frigiditas calorem corrumperet, refrigerando corrumperet, vnde idem refrigeraret ſemet ipſum, quod eſt apprime abſurdum; nullum .n. abſurdum eſt, partem vnam frigidam, in aliam calidam, & à ſe ſeiunctam agere; ſed damnandam illā cenſeo, quia actio illa frigidarum partium contra calidas, quæ euolare cœperunt, nullo pacto conducit ad inducendam ſicci ab humido ſeparationem. Quare neq; aliquid facit, ad inducendam putredinem.

Ariſtotelis locus, haud probat aduerſariorum ſententiam; cum enim ſcribat illud Philoſophus mox à tradita diffinitione putredinis, atq; ex aſſignata diffinitione deducat illud, vt manifeſtè indicat verbum illud quare, illud innuet ijs verbis Philoſophus, quod poteſt ex diffinitione deduci: dixerat putredinem fieri ab ambiente calido proprium, & naturalem mixti calorem corrumpente, neq; alterius cauſæ à prædicta meminerat: Ergo cum ſequentia, verba inferantur ex pręcedentibus, non exprimetur alia cauſa, quæ calorem corrumpat à dicta, ſed eādem manifeſtat multò magis. Exponenda ergo illa verba hunc in modum. Quare quoniam mixtū, non calor; Vt Buccafer dicebat, patitur in putredine, ob indigentiam calidi naturalis, & omne indigens calore proprio, eſt frigidum, ambæ vtiq; cauſæ erunt, non quidem corruptionis caloris, nequaquam, ſed putredinis: frigiditas propria, hoc eſt calor natiuus, & vitiatus, & aliena caliditas; cum hoc tamē diſcrimine, quod corruptio caliditatis propriæ eſt cauſa priuatiua, aliena caliditas poſitiua: hæc remota, ꝓximior illa.

An ab aere temperato.

EX dictis, etſi intelligi poteſt, poſſint ne mixta in aere temperato putreſcere, vt ta-

tamen iſtud clarius habeatur, placet addere frigidiora mixta & temperato aere minus calida, poſſe putreſcere, vt patet. Calidiora adhuc poſſe putrefieri ab aere temperato, quemadmodum putreſcũt in frigidis locis; ſiquidem temperatum ambiens, ad calidum mixtum comparatum, frigidi rationem habet. Quod ſi mixtũ ſit æquè temperatum, ac aer, non poterit tunc temporis putrefieri ab aere, quia nulla inter mixtum, & aerem actio, tũc temporis: breui tamen patietur, quia non poteſt diu aer tẽperiem illam conſeruare.

Sit ne putredo idem quod concoctio.

POſtremæ difficultati conati ſunt alij aliter ſatisfácere. Admittũt quidam quidquid infertur. Ergo libenter concedunt, coctionem putredinem eſſe. Videtur hanc ſententiám, præter alios, docere Hipp.nàm lib. de alim. ait, *cibus iuuenibus facilè, ac leuiter putrefactus, ſenibus verò ad ſummum transmutatus.* Eſt amplexatus eamdem Olympiod. 4. meteor. c. de Coct. ſcribit; .n. fructus, quo euadunt maturiores, eò viciniores fiunt, & aptiores ad putrefactionem ſuſcipiendam, dici tamen concoctos et maturos reſpectu noſtri, quia noſtris neceſſitatibus explendis aptiores redduntur. Habuit eamdem Empedocles, vt refert Ariſt. 4. de gen. anim. c.8. Damnat tamẽ illam Philoſophus ibidẽ vnde ait, *lac ſanguis concoctus eſt, non corruptus. Empedocles autem, aut non rectè putauit, aut non benè vſus verbo translatitio eſt, cùm dixit, octauo menſe pus extitit album; putredo enim cõcoctionis contrarium eſt.*

Propterea ex parte admiſit, ex parte reiecit Antiquorum ſententiam Petrus Pompon. 4. meteor. dub. 19. & 20 Concedit, quantum ſpectat ad alimenta, putreſcere illa ſecundum quaſdam partes, cum concoquuntur; ſecundum alias putreſcere negat. Dat antiquis putreſcere partem illam, quæ in fœces conuertitur: negat putreſcere eam partem, quæ eſt apta nutrire per coctionem. De ſemine abſolutè negat putreſcere, vnde propoſita difficultate, an putrefiat ſemen, vbi aliud ex ipſo gignitur Ego inquit, *certè credo quod non, teneo .n. non eſſe neceſſarium, vt quoties ex mixto fit aliud mixtum, primùm putrefiat, poteſt n. fieri ex alio, aut aſſatione, aut elixatione, aut alia ſpecie digeſtionis.*

Sunt hæc Pomponatij dicta veriſſima quidem, negãt enim omnes nutriri nos putridis, ex putri gigni (excipio paucos quoſdam ex antiquioribus) quare negabant conſequenter, putreſcere alimenta in noſtro corpore, putreſcere ſemen in terram coniectum, aut vterum: difficultatem tamen propoſitam nequaquam euacuãt; enim verò ſi corrumpitur ſemen, vbi

vbi aliud gignitur ex ipſo,corrumpitur panis exem. g. cùm in chylum vertitur,hic in ſanguinem,ſanguis demùm in carnem,& oſſa:nec poſſunt mixta aliter corrumpi,quàm vſtione, aut putredine; quo pacto negabimus,ſemen,& alimenta,vt alimenta putreſcere, quando vt ſic corrumpuntur, & non vſtione?

Propterea dicamus,corrumpi ſemen, & alimenta omnia, prout alimenta,non tamen putreſcere,nàm nec ex putri nutriri,nec gigni,conſtans fuit,& vera ſententia omniũ. Ariſtoteli docenti mixta omnia combuſtione interire,aut putredine,facilè occurrimus, ſi dicamus,loquutum eſſe Ariſtotilẽ de vltimata mixti corruptione.Hac ſi debeat mixtum corrumpi,vratur neceſſe eſt, aut putreſcat:ſi de quauis corruptione explicetur, omninò falſum, nàm vbi variatur terminatio illa ſicci cum humido, eſto putredo non ſequatur,poteſt tamen corrumpi mixtum illud,& aliud gigni.

Quęres,ſi illa mixti corruptio,neq;putredo eſt neq;cóbuſtio. Quid quæſo illa erit? Aſſationẽ putat illam eſſe Pōponatius,elixationem, aut ſi quæ alia eſt ſpecies coctionis. Qui non ſatisfacit,nam quamquam ſit aſſatio reſpectu rei genitæ; quæ enim gignuntur, coctione gignuntur; ſi tñ cóferatur vt rei,quæ deſinit eſſe, non poterimus illam concoctionem vocare:corruptiò neceſſariò dicenda. Ita prorſus; nego tamen combuſtionem illam eſſe,aut putredinem, ſed innominatam quamdam ſpeciem corruptionis; cùm multo plura ſint entia, quàm nomina impoſita ad ſingula quæq:ſignificanda.

At dices,nihil deficit in illa corruptione, quod ad conſtituendam putredinem poſſit deſiderari; nam corrumpitur calor panis ab externa ventriculi caliditate, calor ſeminis à calore vteri. Quare verè licebit dicere, & panem per concoctionem putreſcere; & ſemen in generatione viuentium vnde & ex putri nos gigni, & nutriri.

Reſpondeo non quamcũq; caloris naturalis,& proprij corruptionem à calore externo, putredinem eſſe, alioquin in quauis febre laboraremus putredine:vnde putres eſſent partes ſolidæ cordis in hectica, in Diaria ſpiritus: eſſemus pariter nos,vel in optima ſanitate conſtituti, in continua putredine: ſed eam ad quam ſequitur formæ mixti, ex parte ſaltem corruptio,& ſecundum quoſdam gradus: nec quamcumque huiuſmodi corruptionem, ſed eam, quæ fit ob ſeparationem, ſicci ab humido,ob natiui caloris impotentiam,non valentis,illam terminare. Cum non ſit ſeparatio ſicci ab humido, ſed ſecretio partium inutilium nutritioni ab vtilibus: eamq;ob cauſam, prior illa terminatio variatur,

pu-

Digitized by Google

putredo dici non poteſt: quemadmodum,nec putredo eſt, cùm forma mixti corrumpitur,ob nouæ formæ aduentũ: aduenit autem, quia diuerſa temperies eſt inducta,& organizatio, quæ eſt proxima diſpoſitio ad aliam formam, cũ qua forma mixti eſt incompoſſib.lis. Ob prioris conditionis defectum fit ne partes ſolidæ cordis in hectica,in Dyaria ſpiritus ſint putres.

Ob defectum ſecundæ, non licet modo aliquo affirmare chylificationem,ſanguificationem,nutritionem,putredinem eſſe. Nec de ſemine;mutat .n. eius materia formam, propter organizationem introductam, nouamq;temperiem,quæ cùm non ſit ſeparatio ſicci ab humido,non eſt modo aliquo affirmandum, corruptionem illam,putredinem eſſe, tametſi alia voce careamus, qua illam corruptionem appellemus.

Cur ex putridis, quædam animalia fiant.

EX dictis tradi poteſt triũ problematum ratio. Primum eſt,cur ex ijs,quæ putreſcunt,animalia gignantur. Secundum cur multa,exigua, & alia pennata,teſtacea alia, alia, & teſta, & pennis carentia. Tertium cur omnia quęcumq; ſint illa, habeant virulentiam quamdam. Nempè animalia fiunt,quia non omninò corrũpitur calor terminans humidum cum ſicco, ſed ſegregatur: *ſegregata autem caliditas*; vt dicit Ariſt. *conſiſtere facit*: hoc eſt, corrumpitur calor ea ratione,qua erat naturalis mixto præcedenti,quamquàm alia fiat terminatio,quæ animalculis gignendis eſt accomodata.

Cur multa, & exigua.

GIgnuntur autem multa,& exigua; quia cũ fiat per putredinem, partis à parte ſeparatio, in multas diſſecto partes quod putreſcit, fiunt multæ materiæ pro multis animalculis gignendis; & quoniã ad proportionem quantitatis materiæ aſſumptæ, gignitur magnum animal,aut paruum: hinc quia illa materia eſt exigua,exigua,& mole parua sũt, quæ inde gignuntur animalia.

Cur virulenta.

HAbent autem varietatem, & quædam pennata, teſtacea alia, quia quædam partes rei putris attenuatæ,accommodatæ ſunt gignendis alis, vnde Veſpæ fiunt, & muſcæ; aliæ non ita attenuatæ, nec ſeparatæ à parte terreſtriori, in animalia teſtacea degenerant. Sunt demum omnia virulenta, quia omnia fiunt ex materia, quæ ob putredinem, qualitates nobis aduerſas comparauit.

Fiat

Fiat ne putredo ab externo ambiente, & quid eius nomine intelligendum.

LIcet ſecundò inferrè, putredinem fieri ab externo calore; nam cum nil corrũpatur à ſe ipſo, ab externo calore corrumpi neceſsè eſt mixti calorem, & ab eo putredinem induci. Cœterum, quia viderat Ariſtotiles poſſe aliquem quærere, quiſnam ſit externus hic calor, à quo putrefactio, mox ſubdit eſſe ambientis, vnde hunc in medum putredinem diffiniuit, *eſt corruptio proprij, & naturalis caloris, ab externa caliditate: hæc autem eſt, quæ ambientis*: quod an rectè ſcripſerit, difficultate nõ caret; Si.n.ambiens ſit corrumpens, aut erit ambiens, quod eſt aer, & aqua, aut ambientis nomine exponimus, quidquid mixtum circumdat, & circũambit, ſeu ſit aer, aut aqua, ſeu veſtis, caro, aut alia noſtri corporis particula; in has.n.ſententias reducuntur quicumq; locum illum fuere interpetrati. At quocumq; modo dicatur, falſum eſt, ab ambiente corrumpi calorem. Et quidem, quod non corrumpatur ab aere, aut aqua, conſtat ex duobus. Primum quia hinc fieret, vt in vacuo poſitum mixtum, nullam corruptionẽ ſubiret. Quare non eſſet intrinſecè mixtum corruptibile.

Secũdò eſt hoc falſum, quia multa putreſcunt in partibus intimis, integris exiſtentibus extimis, vt obſeruamus frequẽtiſsime in fructibus, quod nequaquam contingeret, ſi ab aere, aut aqua ambiente, dicta corruptio fieret. Quod verò non corrumpatur calor ab omni eo, quod mixtum corrumpendum circumambit, ſiuè ſit illud externum, ſiuè internum, conſtat primum, quia inhyeme raro accidit putredinem fieri. Fierent autem frequentiores, ſi à detentione fuliginum, illa fieri poſſet. Secundo quia eſſemus nos in continua putredine; adeſſet.n.corrumpens, & materia diſpoſita. Demum exponens Ariſt. quid nomine ambientis intelligeret, exemplificauit in aqua, & in aere. Quare hæc duo tantum ambientia dici poterunt non illa, quæ in nobis exiſtunt.

Ob iſta, quæ ſunt hinc inde adducta, factæ ſunt varię de re iſta ſententiæ. Quidam itaq; vt Mercen. ambientis nomine, aerem interpetrantur, aut aquam. Alij vt Piccolom. Zabar. & alij multi, per ambiẽtem interpetrantur illud omne, quod mixtum putrefaciendum circumdat. Diſtingunt alij de putredine naturali, aut violenta, ac primam fieri docent ab aere, & aqua tantummodo: ſecundam, qualis eſt, quę concitatur in animalibus, à detentis vaporibus, & omni eo, quod mixtum circumdat.

Quam reijcio duas ob cauſas. Primum quia non datur putredo violenta, ſed aut omnis eſt naturalis, aut omnis violenta

Digitized by Google

lenta; nam quæ in animalium humoribus excitatur, eodem propè modo fit, ac communis illa mixtorum. Neq; eſt, quod in diuerſam cauſam corrumpentem calorem confugias; Nā quamquā vapores e.g. non ſint extra corpus, ſunt tamen extra naturam humoris, qui putreſcit. Quare verè dici poteſt, humorem ab ambiente externo corrumpi.

Alitet ergo diſtinguendum puto; nàm vt rem fatear ingenuè, & Zabar. ſentētia, & Mercenarij, extremæ videntur, ac propterea damnandæ. Ergo mixtum, quod per putredinem debet interire, eſt duplex, homogeneum aliud, aliud etherogeneum, & varijs conflatum ex partibus. Si loquamur de mixto homogeneo: hoc non niſi ab aere, aut aqua putreſcere poteſt. Ratio eſt in prōptu. Nam cum non habeat dictum mixtum partium diuerſitatem, non poteſt vna particula habere ambientis rationem reſpectu alterius: Neq; aliqua fingi poteſt ratio, cur hæc putreſcat, illa putredinem inferat. Quare eſt intrinſecè hoc mixtum incorruptibile; Nam ſi quæ cauſa poſſet corruptionem inferre, maximè eſſet elementorum diſcordia: at ſunt illa omnia ad harmoniam deducta, nec niſi aliunde ſuſcepta occaſione, poſſunt illam amittere.

Quod ſi loquamur de mixto etherogeneo, putredo huius mixti poteſt fieri non tantum ab aere, & aqua, ſed poterit vna pars huius mixti calidior, extraneare, & corrumpere alterius partis calorem, & ita putreſactionem inferre. Ratio petitur à contrario, quia mixtū hoc eſt intrinſecè corruptibile, ergo intrinſecè putreſcibile: Ergo non ab aere, & aqua tantum. Quare ſi de putredine in vniuerſum ſermo fiet, hæc poteſt fieri ab omni eo, quod eſt extra naturam mixti quod corrumpitur. Eſt autem hoc aer, & aqua in mixto homogeneo, in etherogeneo, & aer, & aqua, & vna pars mixti reſpectu alterius; nam dato oppoſito, eſſet etherogeneum mixtum, quemadmodum homogeneum incorruptibile intrinſecè. Neq; aut Ariſt. hoc repugnat aut experientiæ. Nam quamquam Ariſtotiles, aquæ tantum, & aeris meminit: meminit dūtaxat iſtorū quia ab aere, & aqua vt plurimum putredo excitatur; ab his enim, & homogenea mixta, & etherogenea putreſcunt: à partibus proprijs, & detentis vaporibus, præter aquam, & aerem, mixta hetherogenea. Quare nō habet hæc deciſio quicquam Ariſtoteli aduerſū. Nec rationi, nàm non omnis cohibitio vaporum putredinem valet concitare, ſed mordacium, & acriū: ſuaues, & mites pinguedinem potius gignunt, atq; carnem, vt primo de febrium diff. 4. Non me latet multa alia diſputari poſſe de putredine. Quoniam verò, quæ ſunt, dicta,

ſatis

Digitized by Google

ſatis,ſuperq;ſunt, vt quiſq;intelligat quibuſnam præſidijs, poſſit illa inhiberi, quod erat noſtrum propoſitum;propterea ſuperuacaneum cenſeo plura de re iſta ſcribere.

Præſeruandi cadaueris ratio. Cap. 38.

QVæcumq; de putredine præmiſimus, curationis gratia permiſimus;huc.n.cuncta dirigit Medicus; nàm cum vſu contrariorum perficiatur curatio, nec contraria valeamus eligere,ni eius nobis innoteſcat natura,cui ſunt offerenda, præſtat eorum omnium, quæ ſunt abigenda, naturam prænoſſe, vt ratio curandi inſtituatur methodicè. Propterea quando ſatis,ni fallor, de putredine à nobis eſt diſputatum,eſt illud reliquum, vt rationem præſeruandi cadaueris ſubnectamus.Eia proinde rem aggrediamur.Putredo fit, externo calore corrumpēte proprium, & naturalem, qui in humido. Ergo duplici via, eam inhibere licebit;altera eſt, ſi ab externo ambiente,eoq;calido mixtum vindicemus; hoc .n.eſt corruptionis auctor, & architectus,;altera erit exiccādo mixtum; nàm amota illa humiditate ſuperflua, & malè terminabili à calore,non poterit,quæ remanet,cum ſit optimè cum ſicco permixta,a quauis cauſa facile extrahi. Quare neq;induci putredo.Propterea Gal. primo de diff. febr.4. vt præſeruaret homines à peſtilentia, quæ à putredine ſuam ducebat originem,humidiores ſiccauit,ſiccos in eodem & habitu ſtuduit conſeruare. Nempè vt dicunt communiter Arabes, humiditas eſt mater putredinis: ideoq; ij omnes, qui ſeruare cadauera procurarūt, ſtuduerunt illa exiccare: quāquàm alij aliud, ad rem hanc conſequendam prēſidiū adhibuerint;quibuſdam .n. placuit vti ſale, probata eſt mumia Ægyptijs:vnguento Nardi piſtici vtebantur Hæbrei:extollunt alij balſamum: congerunt multa quidam. Longa alij experientia docti, non poſſe ingenio aliquo viſcera humana, vſque adeò ſiccari,vt vindicari poſſent à putredine,exenterationem cadaueram excogitarunt, quamquam Ægyptij aliter, aliter nos id exequamur.Addidere huic induſtriæ aliam non minoris momenti. Nempè conati ſunt hominem fato functum,ab aeris occurſu vindicare, nam licet humiditas,cum plus iuſto abundat,ſit mater putredinis: aer tamen ambiens,eiuſdem eſt genitor. Propterea cera alij obliniuere defunctos,gypſo alij: immerſere alij eoſdem in oleo. Condidere quidam in melle, alij demum in arenis ſicciſſimis tumularunt. Nempè perſuaſerant ſibi facilè ſcopum propoſitum eſſe conſequuturos, ſi aeri, quacumq; via liceret, cadauer ſubtraherent; nec ſua illos fefellit opinio, quippè &

Digitized by Google

ratio illam ſuadet, & experientia paſſim, atteſtatur. Quare cum communis ſit omnium ſententia ratione, & experientia comprobata, his eſſe inſiſtendum, quo propoſitum ſcopum conſequamur: neque eodem omnes, ad hoc aſſequendum, vtãtur remedio, ſed alijs aliud placet, examinemus quodnam eligendum, ac primum remedia ad exiccãdum cadauer inquiramus: ſecundò de vindicando eodẽ ab ambientis iniurijs diſputemus.

Exiccandi Cadaueris ratio, & num exenterandum. Cap. 39.

QVicumq; ſtuduerunt ſiccando cadaueri, atq; hac arte putredini ſubtrahere illud, varijs condimentorum generibus, tentarunt id aſſequi: alij tamen huic tantum præſidio nixi, voti futuros eſſe compotes putarunt: deſperãtes alij internorum viſcerum exiccationem, & præſeruationem à putredine; ne eorum contagione, vniuerſum poſtea corpus computreſceret, primo ipſum exenterarunt, mox varijs confarcinarunt vnguentis.

Integrum corpus nulla eius parte diſſecta, aut abiecta, vngebant Hæbræi, atq; hoc pacto Chriſti corpus vnctum fuiſſe, antequàm ſepeliretur, pro certo habendum eſſe tom. 2. ſuper tertiam partem D. Thomæ Suar. docuit; Nàm de fide eſt, non fuiſſe alia vulnera Chriſto inflicta, præter ea, quæ in Cruce inflicta legimus.

Hæbræos Romani hac in re imitati, non ſecus vngebant mortuos, ac conuiuio exceptos: vtroſq; .n. vngere in more illis. Hinc Martialis aduerſus Fabullum, qui cõuiuio exceptos, benè quidem vnctos, de cœtero ieiunos dimiſerat.

Vnguentum fateor, bonum dediſti
Conuiuis here: ſed nihil ſcidiſti
Res ſalſa eſt benè vngi, & exurire.
Qui non cœnat, & vngitur Fabulle,
Hic verè mihi mortuus videtur.

Quid verò Romanos impulerit, vt mortuos, mox vrendos vngerent, aut fallor, aut tria fuerunt. Prima cauſa eſt, quam Donatus innuit, vt citius vrerentur; nàm ob eamdem cauſam, denis virorum corporibus, vnum muliebre apponebant, *Vt vnius adiutu, quaſi natura flammei, & ideò celeriter ardentis, cœtera conflagrarent.* Sed ne alicui commentitium id videatur, ſciat idem, quod eodem deſiderio acti, ventos accenſo rogo exoptabant. Vnde Propertius. *Macrob. lib. 7.*

Cur ventos, non ipſa rogis ingrata petiſti?
Cur nardo flammæ, non olue re meæ?

Nec tantum Romani ventos precari ſoliti, vt flantes flãmam excitarent, ſed Græci

etiam.

etiam. Vnde Homerus in funere Patrocli.

Diuus Achylles
Stat procul à buſto, ventoſq; precatur amicos,
Et Boream, Zefirumq; ſacros, queis vouit honores,
Vt properent nudum flammis mandare cadauer,
Lignumq; accendant.

Neq; aliud, morem illum induxit apud eoſdem Romanos, rogum nempè vino aſpergendi, niſi vt flammæ eſſent validiores, licet Numa poſtea, ob inopiam vini legibus illud interdixerit. Quod ſi adhuc aliquis dubitet, an id voluerint, quandoq; Romani, intelligat idem pauperiores, rogo apponere ſolitos, & picem, & reſinam, vt patet ex illa inſcriptione, quam in fine capitis 23. adduximus. Certum autem eſt, non niſi accendendo rogo, & flammæ excitandæ, picem, reſinamq; ſeruire. Eſt demum, & ratio efficax cur id exoptarent putabant.n. numquam animam eſſe conuolaturam ad cœlum, ni prius eſſent corpori ſoluta iuſta Quare vt citò corpus vreretur optabant, vt quàm celerrimè anima, ad ſedem optatam reuerteretur.

Plin. l. 14 c. 12. & Feſtus in verbo reſperſü.

Factũ idẽ ſecũdo ad arcendũ fœtorem. Hinc Propertus.

Cur Nardo flamma non oluere meæ?

Factum idem tertio inhibendæ putredinis cauſa; non.n. ſtatim ac mortui cremabantur, ſed poſt octo dies, vt diximus cap. 27. Certum autem eſt, ni vncti fuiſſent, interea putrefactos iri, & fœtere. Quæcunq; tamen cauſa ad vngendum impulerit, certum eſt mortuos vngi ſolitos. Scribit .n. Liu. lib. 49. fuiſſe à Numa inſtitutum, vt in Templo Libithinæ ea omnia venderentur, quæ ad curandum funus ſunt neceſſaria. Ex quo factum, vt Libithinarij ij omnes ſint dicti, qui Defunctum vngebant, lauabantq; & Libithinæ nomẽ pro morte multoties vſurpatum, vndè explicatur Horatius qui lib. 3. ode 10. de ſe ipſo vaticinans, nec falſum fuit augurium, dixit.

Non omnis moriar, magnaq; pars mei
Vitabit Libithinam.

Mortuus .n. adhuc viuit, & viuet, quamdiù bonæ literæ, eam quam merentur immortalitatem viuent; & quamquàm Libithinæ nomine quidam, eam portam intelligant, è qua mortui efferebantur ad tumulum; conſtat tamen oppoſitum ex Liuio, qui hæc lib. 40. ſcripſit. *Peſtilentia in agris, foriſq; & conciliabulis, & in Vrbe tanta erat, vt Libitina tunc vix ſufficeret.* Propterea non poſſum non mirari Plinium, qui lib. 13. c. 1. ſcribit vnguentorum vſum à Perſis deuictis ad Romanos tranſiſſe, nàm ſi à Numa inſtituta Libitina, & 12. tabularum decreto prohibita eſt ſeruis vnctio, multò antiquior fuit apud Romanos Vnguentorum vſus.

I Contra

Contra Ægyptij exenterabant primo corpus, deinde lauabant, rebus demum odoratis vngebant. Diodor. lib. 1. par. 2. cap. 5. *Qui* inquit *funera mortuorum curant, eo exercitio à maioribus tradito, funeris impenſam domeſticis deſcriptam ferunt, ſcrutantes quanti velint celebrari funus: conuentione facta, corpus eis traditur, vt iuxta impenſam curetur funus. Primus is, qui ſcriba appellatur, poſito humi corpore, circa ilia deſcribit, quantum à ſiniſtra parte incidatur. Deinde, qui dicitur ſciſſor, habens lapidem Aethyopicum, quantum lex ſinit, latus aperit; Subitoque curſu perſequentibus, qui adſtant, lapideſq; cum execratione in eum iacientibus, fugit. Exiſtimant enim odiũ inhærere, quicumque agnati corpus vulnere illato violarit. Curatores verò corporis (hos ſalitores appellant) honore digni, exiſtimationeque habentur. Verſantur enim cum Sacerdotibus, templaque pariter ingrediuntur. His apud cadauer adſtantibus, vnus ſciſſuram per corporis interiora præter renes, & cor ducit, quæ ſingula, alter vino Phæniceo ex rebus odoriferis lauat: deinde corpus totum primum ex cedro cũ alijs precioſis vnguentis vngunt dies amplius triginta. Myrrha deinceps, ac cinnamomo, cæteriſque rebus liniunt, quæ non ſolum id ſeruare diutinè ſed odoriferum reddere queant. Curatum cadauer cognatis tradunt Defuncti, ita ſingulis eius partibus etiam ſuperciliorum, palpebrarumq; pilis integrè ſeruatis, vt omnis corporis ſpecies, dormientis more integra perduret.*

Noſtrates quoque primum cadauer exenterant, mox condiunt, conditum demum, & medicatum commendant ſarcophago, quos ſequi cogit neceſſitas; etenim ſi ea nobis ratio condiendi innoteſceret, qua vſi Hebræi, incorrupta ſeruabant cadauera, id vtique eligerem; præſtat enim parte nulla corporis diſſecta condire, conditaq; ſeruare. At quando, vix licet extractis viſceribus, quæ contrahendæ putredini ſunt diſpoſita, ſeruare reliquũ corporis, neceſſitati parendum, & id facere, quod cõſequi poſſumus, quando cupita aſſequi non datur. Exenterandum itaque: nec timendũ, ne in canonis pœnam incurratur, qui excommunicationis ſententiam, eos omnes incurſuros docet, qui Defunctorum corpora, ſic inhumaniter tractant: nam vt optimè Caietanus in ſua ſumma, non loquitur de ijs, qui vel ad contemplandum fabricæ humanæ artificium, vel vt præſeruent cadauera, illa exenterant: ſed eorum cupit immanitatem coercere, qui ferino acti odio, mortuum multis confodiunt vulneribus, & vt Homer. dixit, terram calcant.

Quo

Quoto à morte die exenterandum ſit corpus, ſeu de certis Mortis indicijs.

Cap. 40.

HVic difficultati facilè eſt ſatisfacere; ni enim quãprimum cadauer exenteretur, quamprimum computreſceret corpus. Quare erit ſtatim à morte exenterandum. Quia verò, vt dixit Plin. lib.2.c.52. *Hæc eſt conditio mortalium, ad has & huiuſmodi occaſiones fortaſſe gignimur, vt de homine, ne morti quidem debeat credi*: nam multi, vt idem refert ibidem, cum ad rogum pro mortuis delati eſſent, calfacti ab igne reuixerunt: quibus notis repente ſublatos, vt apoplecticos, caroticos, ſyncope, aut vteri ſuffocatione correptos, verè mortuos eſſe, poſſimus dignoſcere, declarare conabimur. Hos inquam; nam de ijs, qui alio mortis genere auferuntur, non eſt dubitandum, quin fato ſint functi, ſi reſpiratione, & pulſu deſtituti frigeant.

Apnæam certum eſſe mortis indicium, ſunt arbitrati quamplurimi. Quamobrem id diligenter aduertunt, num reſpiret, an ſit omninò illa deſtitutus, cum certi fieri cupiũt, ſit ne fato homo functus, an adhuc viuat. Ne autem in re hac explorãda, aliquis contingeret error, multa machinabãtur. Admouebant alij, clauſis tamen feneſtris, vel lanam, vel goſſipium naribus: exiguã candelam alij, alij ori ventriculi cyathum, aqua plenum, vt ex Galen. habetur cap.5.6. de loc. aff. Adponebant autem naribus hæc, non ori: nam nares tantum alliciendo aeri, & expirando ſufficiunt, cum reſpirandi vſus non admodum viget, vt obſeruamus quotidie in hyſtericis. Apponunt ijdem cyathum aqua plenum, ventriculi ori, quia ſeptum tranſuerſum, non pectus, eſt reſpirandi inſtrumentũ, quare illud in reſpiratione mouebitur, & quadam conſenſione ventriculus; vnde & cyathus aqua plenus.

Cõclamabant alij. Clamoribus multorum, ni excitarentur, pro mortuis habebantur. Hinc in Eunucho Ter. *Deſine, iam conclamatum eſt.*

At verò vtrumq; indicium eſt fallax: hoc quidem, nam qui in mortis cõfinio exiſtunt, præſertim apoplectici, & carotici, aut quouis alio affectu ſoporoſo detenti, vix ſentiunt vſtionis, neque à vehementiſſimis excitantur obiectis. Quare incertũ omninò eſt illud mortis indicium, non excitari à clamoribus.

Et apnæa; nam non paucos viuere citrà ſpirationem aliquam ſenſibilem, experientia conſtat, ratione, & hominum grauiſſimorum auctoritate. Experientia quidẽ; nam multos ad rogum pro mortuis de-

latos reuixiſſe, auctor eſt Plin. lib. 7. cap. 52. Valer. Max. lib. 1. cap. 8. Gentil. Nicol. Florent. cap. de Apoplexia. Capiuacc. ibidem. Augenius tom. 3. epiſt. lib. 2. epiſt. 40. Licetus lib. 2. cap. 70. de his, qui diù viuunt, abſque alimento, & eſt communis omnium ſententia.

Monſtrat idem ratio. Enimuerò idcircò eſt reſpiratio neceſſaria viuenti, quia neceſſarium eſt ventilari calorem, ſine quo animal viuere nullatenus poteſt. At vt ſeruetur iſte, non eadem aeris quãtitas ſemper commoda, ſed plus minus, frigidiorque, & minus frigidus pro caloris ſeruandi varietate. Nunc verò ad conſeruandum exiguum, & ferè extinctum calorem, ſola tranſpiratio eſt ſatis, ſeu motus inſenſibilis arteriarum, & cordis. Nõ itaque ex apnœa, mortuum eſſe hominem diuinare poterimus. Hinc Gal. 2. aphor. *in apoplexijs* inquit, *totum corpus repente ſenſu priuatur ac motu, qui ſi, & ipſe prohibeatur, maxima eſt, & acutiſſima Apoplexia*; & Auic. lib. 3. fen. 1. tract. 5. c. 12. *Aliquando* inquit *accidit, vt homo in apoplexiam incurrat, & non ſit differentia inter ipſum, & mortuum, & non apparet in ipſo aliquid anhelitus, deinde reuiuiſcit, & ſanatur, & nos plurimos eorum vidimus, quorum diſpoſitio hæc erat, & in iſtis quidem anhelitus non apparet, & eorum pulſus integrè cadit.*

Hinc monet idem, *vt tardetur ſepultura ambigui, ex mortuis, donec perpendatur eius diſpoſitio, & neque ſit minus 72. horis.* Idem Haliabas præcepit 5. pract. cap. 22. Raſis 5. contin. tractat. 1. Sanctæ demum Eccleſiæ decreto ſancitum eſt, ne repente ſublati, ſtatim ſepulturę tradantur, quod nequaquam iuſſiſſent, ni pro comperto ijdem habuiſſent, poſſe homines viuere, tametſi nullo modo ſpirare videãtur, & nullo modo pulſare.

Nec opinandum eſt aliter quia ſuſpenſi ad quartam horæ partem, citra ſpirationem, viuere non poſſunt; nam longè, alia ratio eſt eorum, qui apoplexia pereunt, aut ex affectionibus vteri. Habent enim ſuſpẽſi calorem vegetum: frigida affectio eſt hyſterica paſſio, & apoplexia. Nec tantum cerebrum in huiuſmodi affectu refrigeratur, ſed intercluſo aditu ſpiritibus, qui impetum faciunt, ſanguis ferè vniuerſus cõgelatur 4. de acut. 27. Proinde fit, vt cum illi multo aere indigeant, non poſſint citra ſpirationem, diù viuere: his, quia exiguus ineſt calor, vel ſola tranſpiratio eſt ſatis.

Sunt propterea alij arbitrati, fœtorem eſſe certum mortis indicium, (ni tamen ab excrementis proueniat) & eſt re vera; nam cum ſit anima veluti ſal corpori, nũquam fieri poterit, vt animatum corpus putrefiat.

Idcircò Marta volens probare Lazarum fratrem ſuum eſſe mortuum: *Quatriduanus inquit*

inquit eſt, etiam fœtet. Quia verò non omnes ſtatim ac ſunt mortui fœtent, ſed multi incorrupti ad multos dies, menſes, & annos ſeruantur; neque diſcernere eſt facilè, inter fœtorem excrementorum, & illum, qui ex putredine corporis, ortum habet: alia tradenda ſunt ſigna, quæ hominem declarent, eſſe fato iam functum. At verò non ſunt hucuſque alia adinuenta. Quare id faciendum, quod vna omnium ſententia expedire eſt decretum: nempè vt repentè ſublati, eſto motu omni, pulſuuè deſtituti, iaceant, detineãtur, nec ſtatim, quod multi faciunt imprudenter, ſepulturæ commendent.

At quouſque humatio differenda? Non multum inquit Valleſ.3. de loc. affect. vltimo: nam cum nequeat diù puſillus ille calor iniurijs, tum internis, cùm externis reſiſtere, non poterunt ſic affecti, abſq; ſpiratione, & pulſu, diù viuere. Quantum verò temporis ita viuere poſſunt, non eſt auſus Valleſ. definire.

Romani, ſi modo Seruio fides eſt habenda, octo dies interponebant à morte ad vſtionem. *Sciendum* inquit, exponens locum illum 5. Æneid. Præterea ſi nona diem, &c. *quod apud maiores, vbi fuiſſet quis extinctus, ad domum ſuam referebatur, vnde eſt, ſedibus hunc referante ſuis, & illic erat ſeptem diebus. Octauo incendebatur, nono ſepeliebatur.*

Sed alias ob cauſas, & ab hac longè diuerſas diſtulerunt Romani vſtionem, & ſepulturam, vt latè docuimus cap. 27. Quare nil poteſt hinc colligi, quod ad deciſionem præſentis difficultatis conducat.

Decreuere Arabes, vt 72. horis detineantur, ac ſi non poſſint amplius reuiuiſcere, qui trium ſpatio dierum, non reuixere: quod quamquàm ſit verum, vt plurimum fortaſſe, poſſe tamen aliter contingere, docet Plato. 10. de Republica: refert enim quẽdam Erum nomine, natione Pamphilium, officio verò militem, duodecimo à morte die, ob vulnera accepta in prælio, cum eſſet rogo impoſitus, reuixiſſe, ac mira narraſſe. & Heraclides ſcripſit, vt Plin. narrat lib. 3. cap. 52. fœminam quandam, poſtquam ſeptem fuit diebus exanimis, reuixiſſe. Et quidem ſi penſitetur ratio, quæ docet, non poſſe ſic affectorum vitã, vltra triduũ prorogari, intelligemus ſtatim, eſſe inanẽ, & inualidam. Idcircò enim putant, non poſſe vltrà extendi, quia exiguus calor interea extinguetur, aut ab externis cauſis, aut à frigiditate reliquarum partium. Quamobrem, cum poſſit hæc extinctio retardari, pro cauſarum extinguere valentium varietate, & caloris interni reſiſtentia, poterunt certè ſic affecti, plus viuere.

At non poſſe eſt certum; nã quamquam habeat latitudinẽ

al quam cauſa valens extinguere, & calor reſiſtens: hinc tamen fit vt poſſint ſic affecti diē vnicum viuere, duos tres, quandoque: vt ad quartum vſque extendantur, nondum diſcuſſo humore, non poſſum induci, vt credam. Vnde nec Platoni adhibeo fidem, ſed illud puto ab ipſo confictum, vt aliquam proprio placito de egreſſu animæ à corpore, & eiuſdem ad corpus regreſſu adſtrueret fidem; aut non fuit ille miles motu omni, & ſenſu deſtitutus. Nec omninò exanimis, mulier illa, de qua Heraclitus; nā qui ita grauiter ſunt affecti, vt motu omni, & ſenſu deſtituti iaceant, hi non poſſunt vltra triduum viuere; ita enim obſeruarunt diligentiſſimi Medici. Proinde ſtatuo, ni reuiuiſcant interea, ſic affecti, omnem eſſe ſpē deponendam, & omninò pro mortuis habendos. Quod ſi præter hoc, malè idem oleat, & fœtor ille cadauerofus accedat, certæ erit mortis indicium fœtor.

Quatriduanus ergo, cum fuerit Lazarus, atque fœtidus, verè mortuus Lazarus fuit, ac propterea verè ſurrexit Chriſto ſic iubēte. Quo factum fortaſſe fuit, vt mox agitarint cōſilium Iudæi de Chriſto occidendo; nam quamquā multa alia edidiſſet miracula, poterant illa ab hominibus alioquin contumacibus, aut in Dæmonem auctorem referri, aut in magiam naturalem: vnde legimus, poſtquā obſeſſos curarat illud obijcere ſolitos, in Belzebuc Principe Dæmoniorum, Dæmonia eijcit: aut demū contendere poterant, conficta illa eſſe, vere facta haud fuiſſe; quemadmodum omnes Catholici docent de ijs, qui ab Apollonio Tianeo, Æſculapio, Aſclepiade, & alijs ad vitam ſunt reſtituti. Nempè aut negāt fuiſſe illos mortuos, ſed ſyncope correptos, caro, echſtaſi, apoplexia; aut hyſterica affectione detentas; aut non eſſe ad vitam reuocatos, ſed à Dæmone eorum corpora, huc illuc translata, vt latè Medina lib. 2. de recta in Deum fide cap. 7. & Martin. Delir. lib. 2. diſquiſit. magic. ſect. 2. q. 29. quæ cum in Lazaro fingi, aut Chriſto nequeant, magnū fuit reſurrectio Lazari, Diuinitatis Chriſti argumentum. ſed de re iſta Theologi, cœptum nos proſequamur inſtitutum.

Ex qua materia, & quomodo condiendum Cadauer. Cap. 41.

IN condiendis corporibus Defunctorum, nulla gens adeò excelluiſſe videtur ac Ægyptia; conſeruata enim legimus corū cadauera ad multa ſæcula annorum. Itaque ſi nobis innoteſcat, ex qua materia illa condiebant, nihil erit, quod amplius in re hac poſſit à nobis deſiderari: nitemur proinde id ex auctorum monumentis eruere, præſertim cū

conducat

conducat hoc ſcire, non tantũ, vt conſeruentur cadauera, ſed vt diſcamus modum, quo mumiã valeamus efficere, ita enim non cogemur, magno noſtro incõmodo, illam ex Ægypto tranſportare.

Bitumine, quod ex lacu Sodomæ legitur, condiri dicta corpora, Braſauolus credidit: duplici vt patet argumento inductus, nempè, & quia Strabo ſcribit lib. 16. prædictum bitumen, non paruo vſui eſſe ſeruandis corporibus: & quoniam nequeunt, ob rei familiaris inopiam, myrrha, aloe, croco, & balſamo emptis, vt Iudæi faciunt, eadem condire. Hinc infert poſſe aromatarios, quid pro quo ſumendo, vti loco mumiæ, aſphalto.

Reijcit hoc Mattheolus, & iure; nam quamquam ſcribat Serapio, deſeruire bitumen medicandis funeribus, negat tamen ſolo bitumine vſos eſſe, ſed picem quoq; aſſumptam, apertè innuit; ſiquidem tractans de mumia dicit, *& virtus eius eſt, ſicut virtus picis, & aſphalti miſtorum.* Proinde cenſet, magis è re facere eos Medicos, qui pro mumia, piſaſphalto, hoc eſt bitumine, cum pice permixto, non aſphalto vterentur.

Diſtinguunt alij de mumia: quare dicunt eſſe illam duplicem, quamdam falſam, veram aliam: illam dicunt eſſe carnẽ humanã, aſphalto, aut pice, & aſphalto conditam: hanc, corpus humanum, myrrha, aloe, croco, & balſamo, vt Iudæis mos eſt, confarcinatum. Priorem ad nos ſcribunt deferri, negant aliam ad nos aſportari; ita enim caute cadauera diuitum cuſtodiuntur, vt non poſſint illa mercatores furari. Hinc infert Mattheolus. Siquis verã deſiderat mumiam, hunc neceſſe eſt, croco balſamo, myrrha, & aloe, condire cadauera.

At, ſi quæ Diodoro eſt fides adhibenda, multo plura Ægyptios aſſumpſiſſe, dũm condiebant cadauera, pro certo eſt habendum, dicit enim lib. 1. ſuæ Bibliot. cap. 1. *Primus is, qui ſcriba appellatur, poſito humi corpore, circa ilia deſcribit, quantum à ſiniſtra parte incidatur: Deinde qui dicitur ſciſſor, habens lapidem Aethyopicum, quantum lex ſinit latus aperit, ſubitoque curſu perſequentibus, qui adſtant, lapideſque cum execratione iacientibus in eum, fugit; exiſtimat enim odium inhærere, quicumque agnati corpus vulnere illato, violarit. Curatores verò corporis, hos ſalitores appellant, honore digni, exiſtimationeque habentur; verſantur enim cum Sacerdotibus, templumque pariter ingrediuntur. His apud cadauer adſtantibus, vnus ſciſſuram per corporis interiora præter renes, & cor ducit. Quæ ſingula alter vino phæniceo ex rebus odoriferis lauat: deinde corpus totum primum ex cedro cũ alijs precioſis vnguentis vngunt dies amplius triginta: Myrrha, deinde, ac cinnamomo, cæteriſq; rebus liniunt, quæ non ſolum id ſeruare diutinè, ſed*

Digitized by Google

odoriferum reddere queant.

Contendere alij, haud conſeruari tamdiù Ægyptiorum cadauera, vi medicamẽtorum, ſed beneficio ſoli. Putant itaq; eſſe mumiam, cadauer humanum in arenis ſepultum. Sed & hos reijcit (hæc enim habet propoſita difficultate) Illuſtriſsimus Princeps Nicolaus Chriſtoph. Rudziuilius, in ſuo lib. qui inſcribitur Hieroſolymitana Peregrinatio. *Hæc quæ de mumia ex ipſo viſu certiſsimè didici: hic referre libuit; idq; ea de cauſa maximè, quod aliter à multis ea narrari audiui; affirmant enim quod mumia ſit ex ijs corporibus, quæ in partibus illis arena obruuntur, ſed meræ ſunt fabulæ; nec enim mumia fortuito fit, ſed ex corporibus ab immemorabili tempore vnguentorum commixtione conditis, ita vt dictum eſt, coaleſcit. Fabula eſt item, quod arena aliquem obruere, & præfocare debeat, niſi forte quis ex induſtria ad eum effectum ſe ſe compoſuerit; quod vel in ipſis partibus noſtris vbi terra eſt arenoſa euenire poſſet. Quamuis enim per arenas illas quas Noſtrates arenoſum mare vocitarunt, dum validior eſt ventus iter peragi non poſsit, & neceſſariò ſit ſubſiſtendum, quoad ventus conquieſcat, nullus tamen ſtantium arenis obruitur, niſi fortè ſi quem mori ibidem contigeret, non ſepeliatur quod non raro euenit. Tunc enim corpus eiuſmodi maximè Solis ardore in arena, ita decoquitur, vt nigredine carbonem exſuperet mumia tamen ex non eo fit, nec vſibus aliquibus prodeſt. Profecturi igitur per arenas illas expectare propter ventũ ijs de cauſis coguntur, quod vias cumulis arenarum, quæ fluidæ ſunt imperuias reddat, quodque puluerem oculis inimicum excitet: tum quod ſigna quædam itineris auferat, quæ profecturi neceſſariò debent obſeruare, cum diebus aliquot tranſeundum ſit, vbi ne minima quidem arbor, vel rupes videri poteſt. Ad hæc Cameli quoque pulueris moleſtiam tolerare non valentes, miſerè ſeſe contorquẽt. Quamobrem dũ conſidat ventus, vt dictum eſt, meritò viatores expectare debẽt, neminem tamen viuum arena obruit.*

Cum nihil ergo certi à Scriptoribus habeamus, inquirenda ratione duce ſunt medicamenta, ad rem hanc cõſequendam accõmodata. Erunt hæc ea omnia, quæ putredinem valent coercere; putredo enim eſt naturalis omnium mixtorum interitus. Hanc arcent ſiccitas, & frigiditas; nam vt benè Philoſophi, atque Medici; humiditas eſt mater putredinis, calor genitor. Quare erunt omni arte ſiccanda cadauera, & à calore extraneo vindicanda; fit enim putredo auctore. Ariſt. ab externa caliditate, hęc autem eſt, quæ ambientis. Propter hanc cauſam, ſunt mihi ſuſpecta aromata, & quæcumque vim habent calfaciendi: nam quamquam ſiccent, calfaciunt eadem: vt propterea credam, vſurpata ea potius, ad

con-

Digitized by Google

conciliandum gratum cadaueri odorem, quam ad vindicandum illud à putredine. Probatur maximè ſal, probatur alumen; Enimuerò, ſi illius auxilio, & piſces, & carnes porcinæ, quæ ſunt paratæ apprimè ad putredinem, optimè conſeruantur; quæ intemperies, ad indaganda alia nos impellet? Præſertim cum noſtro hoc tēpore, aut non habeamus vera illa ſimplicia, quæ tantum, ad rem hanc valuiſſe docuit antiquitas; aut ſi adhuc conſeruantur, perueniunt ad nos cōfractis iam viribus; aut tandem vt rerum omnium eſt viciſſitudo, iam eneruatæ ſunt vires illorum: Equidem ſola Nardus piſtica antiquorum, conſeruabat cadauera ad multa annorum ſæcula, cum modò exenterata, & condita, paucis diebus ſeruentur. Propterea diligēter inſiſtere in ipſa ſalitione oportet, nam, & hanc fortaſſe ob cauſam Ægyptij, Curatores funerum, Salitores appellabant; indeque pariter factū eſt, vt de quibuſdam ſtolidis dicamus, animam ſalis loco ijs deſeruire, quia vt animæ munus eſt animantia tueri, & ſeruare: ſic ſal arcens putredinem omnem, non ſinit modo aliquo corrūpi cadauer. Laudat hoc inter alios, Paræus potiſſimum, vt mittā Ægyptios, & corpora fato functa, non ſecus, ac piſces Piſcatores ſale macerat, & exiccat. Nimirum experientia doctus nouerat, quæcumque Medicorum luxuries adinuenerat, aut inutilia eſſe, aut non eſſe cum ſale conferenda.

Exenterentur ergo cadauera, hoc eſt extrahantur ex ipſo, inteſtina, & viſcera omnia: infligantur, præterea partibus quibuſque carnoſis multa vulnera; ita enim educetur ſanguis, & ichores omnes, qui facilè putreſcere poſſunt: ſaliantur poſthac, & per multos dies, alioquin oleū perdemus, & operā. Triginta diebus cōtinuò vngebant cadauer Ægyptij, vt Diodor. refert. l. 1. c. 1. 40. Hebræi. Vnde c. 50. Geneſ. *Præcepit ſeruis ſuis medicis, vt aromatibus condirent Patrem: quibus iuſſa explentibus, tranſierunt 40. dies: iſte quippè mos erat cadauerum condiendorum.* Condiendi fine facto 70. dies ſaliebant Ægyptij, vt Herodot. habet l. 2. Tu vnica eaque leui ſalitione, aut conditura id conſequi ſperas? Vrge ſi fieri cupis voti compos. Sicca idem vento, ſi fieri poteſt. Demùm, quia non tantum oportet ſiccare cadauer, ſed vindicare idem ab ambiētis iniurijs, muniendum eſt illud: quibus, & quomodo, infra dicemus.

Placet tamen in gratiam eorū, qui exenterari corpus non patiuntur aduertere; potiſſimum verò mulierum, quas vel mortuas contrectare, indecorum cenſetur, poſſe eorum cadàuera vindicari à putredine, ſi altè terra defoſſa infodiantur; enimuerò cum terra ſit ſicciſſima, nec-non frigida, longè

gè melius illa conſeruabit, quã ſi condiantur aromatibus, pretioſis vnguentis vngantur, ſaliantur, calce, rore marino, & alijs huius generis herbis infarciantur: vt omninò ſuperuacanea eorum diligentia videatur, qui naturali hoc præſidio neglecto, & quod promptè ſe offert, remedijs ex India petitis, vtuntur. Altè tamen deſodienda terra eſt; nã quo profundior fuerit, eo minus eſt, à cauſis externis permutata. Quare ſeruandis corporibus multo aptior. Parum eam effodis? boni feceris nihil, non enim alterata terra functioni huic abſoluendæ eſt vtilis; nec ſi quid eadem confert, tanti eſt, vt ab externarum cauſarũ, vtpotè potentiorum incurſione valeat præſeruare cadauer.

Sit ne Cadauer quodcumq; exenterandum, & condiendum. Pars negans tenetur, ac docetur cur quadam cadauera diù incorrupta ſeruentur, & num idem ſanguini contingere poſſit. Cap. 42.

PArs, quæ negat amplectenda; non enim eſt aliter ſentiendum de præſeruatione cadauerum à putredine, ac decreuere Medici de præſeruatione viuentium à varijs morborum generibus. At verò docent vnanimi ſententia omnes, eos tantum præſeruatione indigere, quos timemus, nè in morbos incurrant: Vnde primo de differ. febr. 4. Galenus narrans, quo pacto à peſtilentia multos præſeruarit. *Quæcumque* inquit *corpora humida videbamus, omni via exiccare conabamur: quæ verò ſicciora, in his antiquum habitum conſeruabamus: at in quibus ſuperfluitates redundabant, hæc purgationibus ſanabamus: obſtructiones autem foraminum aperire, atque abſtergere ſtudebamus.* Ergo à ſimili, illa cadauera ſunt exenteranda, & condiri debent, quæ ſunt obnoxia putredini: quæ illi reluctantur contumaciter, & valenter reſiſtunt, non eſt, cur in his condiendis, & diſcindendis, tempus conteras fruſtra: præſertim cum non careat diſcrimine, ſicca corpora ſale, & varijs vnguentis ſiccare; nam veluti ſuperflua humiditas, arceſſit putredinem: ſic immodica ſiccitas, breui carnem omnem abſumit. Quod ſi putreſcibilia tantum ſunt præſeruanda, quę valentem vim habent reſiſtendi, nulla egent eadem præſeruatione, docendum eſt, quæ corpora reſiſtere valent cauſis putrefactionem inuehentibus, quæ contra nequeant, ne in re hac aberremus.

Sciendum itaque ob quatuor cauſas poſſe fieri, vt diù corpora incorrupta ſeruentur, non putreſcant: diſſoluantur, contra alia, & vertantur in cineres. Poteſt primum hoc facere mortis genus: nam vt refert Plutarcus 4. qq. conuiualium

lium ſecundo, corpora fulmine percuſſorum, non ſentiunt putredinem, eam (ni fallor ob cauſam) quia fulgure vſque adeò ſiccantur, vt reddantur propterea imputreſcibilia. Quare nō aptè introduxit Euripides Clymenē de Phaetonte dicentē: *Putreſcit aſt hic in conualle mortuus*: nam vt Tertull. in Apolog. aduerſ. gen. c.48. *Qui Cælò tangitur ſaluus eſt, vt nullò iam igne decinereſcat: & hoc erit teſtimonium ignis æterni: hoc exemplum ignis iudicij pœnam nutrientis. Montes vruntur, & durant. Quid nocentes, & Dei hoſtes?*

Adſunt aliqui, neq; eorum cor, qui periere veneno cremari poſſe. Quod non credo, nam nulla cordi qualitas poteſt imprimi, quæ igni actuoſiſsimo elemento reſiſtere poſſit. Fit idem ſecundo, & corpus imputreſcibile redditur à temperie propria; nam quemadmodum calidam habentes temperiem, humidamq; , putreſcunt facilè: ſic quæ ſunt frigida, & ſicca, reluctantur eidem valentiſſimè. At verò nihil repugnat, quominus dētur corpora, hac temperie prędita. Quare poſſunt multa corpora, tēperiei merito, nullā ſentire putredinem.

Facit idem tertio victus ratio, nam vt refert ex Ammiano Rhodig. lib.26. cap.24 cœſorum Romanorum cadauera, ſtatim putiſcebant, Perſarum contra, ſtipitum more, ita inareſcebant, vt nec ſanie perfuſa madeſcerent, nec modo aliquo putreſcerent: eam, ſi habenda ipſi fides eſt, ob cauſam, quia parco victu Perſæ vtebantur, largiori Romani: arcet autem parſimonia putredinem, aduocat luxus. Et quidem, ſi Socrates, vt Phauorinus putauit, auctore Gellio 2. lib. noct. Attic. omnia ſuæ vitæ tempora, valetudine vixit inoffenſa, & à communi clade, & putrilagine, quæ graſſabatur Athenis, immunis fuit, quia ab omni voluptate abſtinentiſſimus erat; cur non credemus eamdem temperātiam, conſeruandò cadaueri conferre?

Liberat quarto cadauera à putredine, conditio loci. Deducitur apertè id ex iis, quæ de putredine diximus; Enimuerò ſi putredo fit ab ambiente non admodum calido; calidiſſimum enim abſumit ſubſtantiam humidam, nō educit: cui dubium eſſe poteſt, quin calidiſſimus locus aut plus iuſto frigidus, putredinem arceat? Adde & hiſtorias multas ad rem hanc comprobandam collectas ab auctore theatri vitæ humanæ circa finem tomi primi, nam non parum lucis accedet huic veritati. Percuſſa ergo fulmine corpora, condimēto non egēt: non exucca: frigida, & ſicca temperie prædita: non ea, quę parco victu fuere contenta: nulla demum præſeruatione opus habent, quæ ſunt in locis calidioribus, aut frigidioribus collocata. Tertull. lib. de anima.

mâ. Porrò & aeris qualitas corpori illi potuit tutela fuiſſe. Quid ſi aridior aer. & ſolum ſalſius? Quid ſi, & ipſius corporis ſubſtantia exuccior? ſi & genus mortis ante iam corruptrices materias erogarat?

Quæres. Si frigida, ſiccaq; temperies tantoperè conducit arcendæ putredini, & inhibendæ. Qui fit, vt cum nares habeant hanc temperiem, ferè nares primum ſentiunt putredinem: vnde videmus, quod cũ partes omnes corporis ſint incorruptæ, extrema tamen pars narium ferè ſemper deſideratur, vt obſeruauimus in corpore B. Iacobi de Marchia Neapoli in Templo S. Mariæ della Noua, in corpore Borbonij in caſtro Caietæ, & Venetijs in corpore S. Helenæ.

Secundo quæres, an quemadmodum corpus, beneficio proprij temperamẽti ad multos annos poteſt perſeuerare incorruptum, ita & ſanguis?

Tertio quæres, ſi poſſunt aliquandiù conſeruari cadauera naturaliter, quamdiù illa poſſunt? præſtat hoc decidere, vt valeamus cognoſcere, quid dandum naturæ, quid debeat miraculo adſcribi.

Quantum ad primum. Reſpondeo breuiter, nõ eſſe partem illam corruptam, quamquam videatur corrupta: videtur autem deficere eam ob cauſam, quia extrema pars nariam, cartilagini hæret, non alicui oſſi: cartilagò autem exiccata, facilè contrahitur: contracta illa, contrahitur caro; cutiſque illi innixa; vnde cum non extendatur ad eam vſque ſpatij partem, ad quam antea, videtur defeciſſe, & corrupta, cum tamen ſit illa contracta ob ſiccitatem, vt obſeruamus in corio, & pellibus.

Quantum ad ſecundum. Putaui quandoque, non niſi ad paucos dies, ſeruari ſanguinẽ poſſe: tùm quia calidus, humidusque ſua natura, quare putredini contrahendæ aptiſſimus; cùm quia frequenti obſeruatione compereram, ſi quando ſerui obliti eſſent, ſanguinem extractum effundere, mox computruiſſe, & fœtorẽ emiſiſſe: deinde cum creber circumferretur rumor, extractum quorumdam è corpore ſanguinem, qui vitæ ſanctitate clari erant, ad multum temporis imputrem conſeruatum fuiſſe, cœpi vna mecum attentius cogitare, an poſſet naturaliter ſanguis conſeruari diù, & poſſe ſtatui. Itaq; in eam ſententiam veni, non eſſe ſecus de ſanguine opinandum, ac de humano corpore. Quare, vt horum alia, putreſcunt citiùs tardiùs, ſeruantur alia, quàm diutiſſimè, pro varia temperie, ratione victus, & loco in quo reponitur: haud ſecus, cũ habeat humor iſte naturam variam, & alius ſiccior, humidior, calidior, frigidior, aquoſior: poterit pro varia eius natura plus minus ſeruari; citò tardè corrumpi. Et quidem, ſi bilis tamdiù conſeruatur in fellea

vesica

Digitized by Google

veſica brutorum; cur quando dari poteſt ſanguis, qui ad bilis naturam, quàm maximè accedit, non poterit idem diù conſeruari? Præterea habet ſanguis analogam naturam vino, eamque ob cauſam Galen. auctore 2. aphor. 11. vino epoto quam citiſſimè reficimur. Sed hoc ſeruatur plus minus, pro varia eius natura, & loci in quo ſeruatur conditione, nam vinum contentum in teſta, ſi in ciſternam labatur ad multos annos incorruptum perſeuerat. Quare & ſanguis diù ſeruari naturaliter poterit. Seruabitur autem diutius. Qui concreſcit, nam concreta, vt auctor eſt Philoſophus 4. Meteor. non putreſcunt.

De tertio non poſſumus certi aliquid ſtatuere, nam quemadmodum inter eiuſdem ſpeciei viuentes, alij longiorem vitam viuunt, breuiorem alij, pro varia temperiei conditione, ratione victus, natura cœli varia, in quo degunt: ſic poterũt cadauera, & ſanguis plus minus ſeruari, prout variam ſunt ſortiti temperiem, quæ plus minus poteſt reluctari tẽpori, & mixta illa ſeruare.

Ergo cum ſint pueri, tẽperie humidi, tenelluli, ac laxuli, & ob hanc cauſam, ad putredinem maximè diſpoſiti, haud naturæ viribus illa Infantum corpuſcula, quæ in Templo Sanctiſſimæ Mariæ Annunciatæ oſtẽduntur, & Innocentum eſſe perhibentur ſeruata fuere: miraculo ſactum, vt tot annorum ſæculis incorrupta perſeuerarint.

Ratio muniendi cadaueris ab ambientis iniuria, an condendum in arca, quali, & num alia cum ipſo.

Cap. 43.

Docuimus rationẽ ſiccandi cadaueris: indagandus nunc modus vindicandi idem à calore ambientis; nam quamquam cuncti cenſeant neceſſarium eſſe munire illud, eligunt tamen alij aliud, quo id conſequantur. Placet quibuſdam cera: gummi arabicum alijs. Probant quidam cretam: mel alij extollunt: gypſum deniq; alios induxiſſe mortuis proditur: Cera vſos Perſas, teſtatur Strabo. Herodot. lib. 1. & Cicero 1. Tuſcul. *Perſa* inquit, *iam cera circumlitos condiunt, vt quam maximè permaneant diuturna corpora*: Melle Democritus, vt auctor eſt Varro, & vt refert Herodot. eodem circumfundebantur Babilonij. Alexandrum quoque magnũ, hoc pariter modo conditum, docet præter alios Statius, ait enim.

Leg. Theatrum vit. humanæ volum. 2. lib. 7.

Duc & ad Æmathios manes, vbi belliger vrbis
Conditor, Hyblæo perfuſus nectare, durat.

Scythis idem tribuit Herodot. lib. 4. vnde Ageſilai corpus, quo Spartam poſſet deferri

ferri facilius, cera circumfudiſſe, ob mellis defectum, docet Æmilius Probus: nec damnat hoc Plin. quinimò commendat multum lib. 22. cap. 24. *Mellis* inquit *ipſius natura talis eſt, vt putreſcere corpora non ſinat, iucundo ſapore, non aſpero, alia quam ſalis natura.*

Ego, tametſi non ignorem, multum valere mel ad conſeruanda cadauera; nam ex Plinio habemus, Claudio Cæſari allatum ex Ægypto in melle Hipocentaurum; quia tamen, non ſolum conſeruatio procuranda eſt, ſed vt fiat cum decore, nec decorum ſit cadauer, in melle infundere, oleo immergere, aut ſiccis tumulare arenis; ſatius eſſe arbitror, vt cera corpus defuncti obliniatur. Cera itaque, oleoque cedrino, & gummi arabico, oblinirem cadauer; tela deinde, cera circumlita, ſingulas eius partes circumligarem: Eleganti, & decenti demum veſte idē veſtirem; ita enim, & ornatui, & conſeruationi cadaueris conſuletur. Sic multos Proceres, præclaroſq; Duces Neapolitanos, quod Gallicarum partium fuiſſent hoſpitij mens æque iure violator Ferdinandus, & Alphōſus enecarūt, ſiccatoſque, & odoribus conditos habitu quo viuētes vſi fuerāt, & inſignibus oſtētarunt. Concluderem poſtremò in arcula illud. Cæterum, quia arculæ conditio dubia, & illud quoq; incertum, an debeat ſub terra recondi, & ſepeliri, an in Cripta aliqua, an aeri exponi, & oculis intuentium obijci: eſt quoquê, & illud conſideratione, haud indignum, an debeat aliud cum cadauere condi, an ſolum reponi, eia proinde ſingula perpendamus.

De primo cum ſit illud omnium ſententia ratum, eam eſſe arcam eligendam, quæ putredini magis contra nititur, ne putreſcente illa, contagione computreſcat cadauer, abijcienda erit abietina: eligenda cedrina, plumbea, marmorea, aut ex metallo confiẽta: qui cineres tantum adſeruabant, ne dum probabant vrnulas ex argento, aurouê conſtructas, ſed & vitrea multis in vſu fuit, nec non figulina; nunc quando integrum ſeruare cadauer eſt animus, placent arculæ ex marmore, cedro, aut metallo conſtructæ, ni quis vitream in alia putet reponendam.

Quod pertinet ad aliud, ſub cripta reponerem illam, aut in loco ſublimi. Vterque enim locus videtur à putredine eſſe quam maximè remotus: Cripta nimirum, quia frigidus: ſublimis, quia ventilatus.

De tertio. Inſerebant antiqui nummum in os mortui, vt haberet defunctus, quod traiecturo Acheronti pro Naulo ſolueret, alioquin vltra paludem Stygiam, non deuexiſſet. Hinc Iuuenal. loquens de quodam, extrema ferè rerum omnium inopia oppreſſo, ait.

Digitized by Google

at ille
Iam ſedet in ripa, tetrumque nouitius horret
Porthmea, nec ſperat cænoſi gurgitis alnum,
Infælix, nec habet, quem porrigat ore trientem.

Et Virg. Portitorem Carontem appellauit, quia ab omnibus tranſeuntibus vectigalia exigebat, & portoria: quo reſpiciens Apuleius lib. 6. *Et inter mortuos* inquit, *auaritia viuit*. Indebant ijdem in os mortui potionem murrhatam, vt ex legibus 12. tabular. liquet, quæ illam vetuere. Imponebant autem, tãquam viaticum ad cœlum. Repoſuere alij cariora quæque: Quamobrem cum auro, & argento tumulati quidam: hoc coniectum in Dauidis ſepulchrum, ſed vt tutius ſeruaretur, nam magna ſemper fuit ſepulcrorum Religio, & illa violare ſummum facinus habitum. Cùm vxoribus alij: ſic apud Indos, quæ vxorum volebat videri ſtudioſiſſima viri, cum eodem libẽs, & gaudens vrebatur: in quorumdam corporibus, vaſa inuenta fuiſſe, teſtatur Bellonius lib. 2. de funere medicato c. 3. quandoque arma, alias idola, & ſimulacra quædam, interdum numiſmata, in alijs demum, qui literis operam diligenrer nauarant, libros; vnde Rondoletius ſcribit, inter ſanctiora ſua monumenta adſeruare quædam papiri folia arabicis literis conſcripta, quę reperant in thorace cuiuſdam cadaueris, nuper è Memphide nauigio, in Marſiliam aſportato. Babila Martyr cum compedibus ſuis, & catenis, vt ſepeliretur orauit, eam vt ſubdidit ob cauſam: *vt mihi* inquit, *iacenti ſine ornamento*.

Egeſippus & Ioſephus. Herodot. lib. 1. Lege theatrum vitæ hum. vol. 2. tom. 2. pag. 570. col. 2.

Quantũ auteͣ gaudebãt quiq; cum rebus ſibi caris tumulari, tantumdem triſtabantur, ſi quid inſenſum mortuo repoſuiſſent. Hinc Auſon. in parentalibus epithaph. 27.

Troas Achyllæo coniuncta Polixena buſto,
Maluerat nullo ceſpite, functa tegi:
Non benè diſcordes tumulos miſcetis Achiui:
Hoc violare magis, quam ſepelire fuit.

Nihil cum cadauere humano, permiſit humari Lycurgus, ſed in punicea veſte, & folijs oliuæ componi iuſſit.

Plutarc. in eius vita.

Laudo ego eorum ſententiam, qui cum rebus cariſſimis tumulari gaudent; quia tamen nihil æquè ac Chriſtum, quæq; Chriſti ſunt cara habere debemus, ij mihi maximè laudandi videntur, qui cum aliqua Chriſti imagine, aut Sancti alicuius reliquia tumulari gaudent. Reijciendi contra, qui cum auro, argentoue, eſca, aut libris, aut alio cum quo vixerant iucundiſſimè, teſtamento iubent ſepeliri; nullius enim vſus eſca mortuo, non libri: aurum, argentum, aut aliud cadauer contumulatum, tantùm abeſt, vt poſſint noſtrum defunctum iuuare, vt certò offendant;

dant;nàm aurum, argentumuè reconditum ſitientes, auri,argentiuè cupidine tracti,violabunt ſepulchrum. Cōtumulatum aliud cadauer, dum ſibi proximè adhærens, contagio inficit,putredinem,quam omni ſtudio procuramus arcere, facillimè infert. Chriſti itaq; imagine, aut Sancti alicuius reliquia, comitatus defunctus tumuletur.

De Monumenti qualitate, ſeù titulo. Cap.44.

PErſoluimus penſum noſtrum,& quod ſuſcepimus opus,ad vmbilicum,ni fallor, perduximus;docuimus.n. quā nobis præpoſueramus methodum, ſiccandi nimirum cadauera,& à calore ambientis vindicandi:quare & præſeruandi à putredine,quod nobis in voto,& cuius gratia laborem hunc vniuerſum ſuſceperamus. Illud fortaſsè modò eſſet reliquum, quod & Vetuſtam illam Antiquorum Præficam iuſtis peractis, alta voce legimus proferre ſolitam .ſ. vt clamaremus, ilicet, hoc eſt ire licet;peracta.n.iuſta ſunt, data abundè fabula,additus ſupremus actus,peractus. Quoniam verò præter hæc, quæ huc vſq; dicta ſunt, multo plura factitaſſe antiquos in funeribus legimus;Quis .n. ignorat, præter hæc,tumulos ſparuiſſe floribus,apparaſſe cōuiuia,accēdiſſe lumina,adhibuiſſe cuſtodes,Ianitores,reſperſiſſe vino,adhibuiſſe ludos, & varia genera ludorū? propter hanc cauſam,ne noſtram quis ſocordiam accuſet, quod multa omiſerimus,aut quia non vidimus,aut quia ineptè contempſimus,plus vltra, eſt animus progredi: Vela ergo contracta iterum explicemus, atq;ne quid per incuriam elabatur, omnia hac perpendamus; ſic enim puto faſtigium impoſitum iri. Primum ergo illud in examen adducemus,quæ nàm monumenti qualitas eligenda Ne tamen in ambiguo laboremus, & magno cum dedecore, priuſquam è portu egreſſi fuerimus,nauim illiſiſſe videamur, & quod aiunt in portu ipſo impegiſſe,placet aduertere,non eſſe in animo quærere, an ſint ſumptuoſa illa monumenta extruenda, Mauſolea dicta à Mauſulo Cariæ Regulo, cui mortuo Arthemiſia vxor condidit, atq; eiuſmodi oſtentationis, vt inter ſeptem orbis miracula reponi, dignū cenſuerit Antiquitas;nam hoc age amabo, ſuperfluum illum ſumptum in conſtruendis illis Pyramidibus, Mauſoleis, atq; huiuſmodi: quis neget eſſe prorſus inutilem? ſuperuacaneum, & merū barbaræ vnius plebis miraculum? & vt optime Plinius, *Regum pecuniæ ociosam, atq; ſtultam oſtentationem*? Quin ſi cauſam inſpicias, inuidioſa illa eſt, & odioſa ſimul, nam quid inuidioſius, quam pecunia abuti, ne hæredes ipſa vtantur? turpiter effundere

fundere illam, ne ſit plebs ocioſa; ac ſi in laudatum vſum non potuiſſet eadem abſumi. Ergo mittamus, Ægyptij narrent, atq; laudent mira, & memoranda hæc pyramidum, ac Mauſuleorum extrema cacumina: iactent modo, quod Plinius, ait, in raphanos, allium, & cepas, mille octingenta talenta in illis conſtruendis erogata: moderata nos capiunt, & cum Platone, moderatum in extruẽdis ſepulchris, probamus ſumptum. Quare neq; illud moramur plures ne ſint admouendæ ſtatuæ, vel columnæ: id quæro dumtaxat, an admouẽdi tituli monumento. Eſt autem titulus oratio ſeù ſoluta, ſeù metrica, tumulo inſcripta, defuncti nomen, ætatem, conditionem, mort. genus, merita, diguitates, laudeſq; cum animi, tum corporis, breui, grauiter, & cum quadam cemmiſceratione complectens. Orationem quamcumq; eſſe titulum, qui, & epithaphium dicitur ab alijs verò elogium: poteſt facilè colligi ex varijs antiquorũ monumentis: vt propterea nõ poſſim non mirari Iacobum Pontanum, qui lib. 3. poet. inſtit. c. 14. metricũ epigramma voluit eſſe epithaphium; & ſi .n. verſu titulos ſcribere, vſque adeò fuerit conſuetũ, vt propterea titulũ, carmen appellarit, Virg. quo circa ſcripſit.

Et tumulum facite, & tumulo ſuperaddite carmen.

Vtroq; tamen ſtylo grauiſſimos ſcriptores fuiſſe vſos, vſq; adeò eſt clarum, vt omnino ocioſi eſſe putem in re hac demõſtranda, tempus inutiliter terere. Dicimus eſſe inſcriptã tumulo, vt aliquod ponamus diſcrimen inter epithaphium, & epicedium, nœniam, monodiam, & ſi paulo aliter hæc diſtinguat Scaliger lib. 1. Poet. c. 50. & lib. 3. c. 122. enimuerò, quamquàm epicediũ, ſit Oratio explicans hæc eadem, non eſt tamen oratio inſcripta tumulo, ſed aut dicta in funere, aut commendata typis, qualia apud Papinium: quo fit, vt breuitatem non requirat, quam in tumulo deſiderãt omnes, præſertim verò Plato, qui ea conditione permiſit, vt laudes mortui in lapide incidantur, ne vltra quatuor verſus excurrat oratio: diſcriminis huius ratio eſt, quia in tumulo Viatores alloquimur: in nenijs eos, qui ad funus cohoneſtandum cõuenere: non poteſt autem multis detineri viator; poſſunt alij. Propterea Propert.

Hoc carmen, media dignum me, ſcribe columna:
Sed breue, quod currens vector ab vrbe legat.

Ne putes tamen vſq; adeò religioſè breuitatem in tumulo deſiderari, vt tamquàm vitioſos, eos omnes reijciã, qui quatuor longis verſibus, vt Plato dicebat, non comprehenduntur; nam multos videre eſt titulos longiores: ſed quo breuior, eo elegantior habebitur.

Deducitur ſecundo ex dictis, poſſe epitaphium ab eo-

dem,dum adhuc viuit, inſcribi tumulo;Epicedium,cùm ſit oratio dicta,nō niſi ab alio ſcribi poteſt. Præter hæc, quod debeat hæc oratio explicare nomen,poteſt inde colligi, vt mittam argumentum,quod ab inductione peti poteſt,quia titulum,nomen,hanc ob cauſam vocabant antiqui, & titulum ſcribere, nomen ſignare dicebant. Virg.7.Æne.d.

oſſaq; nomen
Heſperia in magna, ſi qua eſt, gloria ſignat.

Et 2.Æneid.

Iacet ingens littore trūcus
Auulſumq; humeris caput,& ſine nomine corpus.

Ouid.quoq;12.metamor.

tumulo quoq; nomen habēti
Inferias dederat, cum fratribus Hector manes.

Ex his infero, non carere vitio ea epitaphia, quæ breuem quamdam continent ſententiolam, præterea nihil, cuiuſmodi eſt illud.

Fui. non ſū. eſtis,non eritis. nemo immortalis.

Et illud,

Vixi dum vixi benè: iam mea peracta:
Mox veſtra agetur fabula.
Valete, & plaudite.

Quibus ſimile illud Auſonij.

Non ſum,nec fueram,genitus tamen è nihilo ſum:
Mitte,nec explores ſingula:talis eris.

Illud Virg. dignum, quod quiſq; imitetur.

Daphnis ego in ſyluis, hinc vſq; ad ſydera notus,
Formoſi pecoris cuſtos, formoſior ipſe.

breuiter.n,grauiterq;nomē, vitæ genus & laudes animi corporiſq;complectitur, & aliud

Mantua me genuit; Calabri rapuere: tenet nunc
Parthenope: cecini paſcua, rura, Duces:

Duobus.n.verſibus docet vbi natus,vbi mortu',vbi cōditus, quam exercuerit artem: quot monumenta,& quæ reliquerit: nec vllam reperire voculam eſt, non neceſſariam.

Hæc itaq;ſi eſt natura tituli, ſeū epithaphij, certum eſt eſſe hæc monumento inſcribenda Virg.

Et tumulum facite, & tumulo ſuperaddite carmen.

Auſon.in parent.

Gaudent impoſiti cineres,ſua nomina dici.
Frontibus hoc ſcriptis, & monumenta iubent.
Ille etiam maſti,cui defuit urna ſepulchri.
Nomine ter dicto,penè ſepultus erit.

Prudentius de paſſione Hippoliti Epiſcopi,& martyris.

Innumeros cineres ſanctorum Romula in vrbe.
Vidimus &c.
Inciſos tumulis titulos, & ſingula quaris
Nomina, difficilè, vt replicare queam.
Plurima litterulis ſignata ſepulchra loquuntur.
Martyris aut nomen, aut epigramma aliquod.

Onu-

Digitized by Google

Onuphrius quoq; Panuinius lib. de cœmiterijs teſtatur, multa martyrum Sanctorum ſepulchra epitaphijs à Papa Damaſo cōpoſitis exornata. Adde & rationem. Nam his famæ æternitas conſeruatur: his virtus clarorum virorum inter emortuos illorum cineres reuiuiſcit: his gentis nobilitas plerumq; probatur; vt .n. Suetonius in Veſpaſ. c. 1. Veſpaſiorum monumenta à Nurſia, vſq; ad Spoletum complura, magnū indicium fuerunt ſplēdoris familiæ, & vetuſtatis, quàm à maioribus traditam, Poſteri ſola virtutis æmulatione, tueri poſſunt, & propagare. Non erat præterea datum omnibus, vt proprium poſſent nomen ſcribere, ſed viris dūtaxat, qui ſtrenuè pugnarant in bello, & ijs mulieribus, quæ piè, præclareq; interijſſent, vt habetur ex Rhodigino lib. 17. lectionum antiq. cap. 19. & vt idem ibid. ſupprimebatur in pœnam eorum nomen, qui laqueo ſibi gulā fregiſſent. Alteri etiam, qui nomen ſe amiſiſſe ſomniarat, exitium eſt præmonſtratum. Quare in laude defuncti eſt epitaphium inſeribere, eamq; ob rationem, inſeribendum.

Debeat ne tumulus floribus reſpergi, aut coronari Defunctus. Cap. 45.

NEutrum facere priſcis Chriſtianis placuit. Vnde cùm illud ijs Gentiles obijcerent *non floribus caput nectitis, non corpus odoribus honeſtatis, reſeruatis vnguenta funeribus, coronas etiam ſepulchris denegatis*: hæc reſpondere ſolitos paulò infrà docet *At enim nos exequias adoramus, eadem tranquillitate, qua viuimus; nec adnectimus areſcētem coronam, ſed à Deo æternis floribus viuidam ſuſtinemus.* Cauſa fuit ſpineæ Chriſti Coronæ reuerentia. Quo pariter factum eſt, vt Gotthifredus Bullionius recuperata iam Hyeroſolima coronari noluerit, nefas eſſe arbitratus, ibi caput aurea exornare corona, vbi ſūmus ille Regum Rex Chriſtus, ſpinea, ob ludibrium fuerat redimitus. Diſplicuit idem Anacreonti Poetæ, vnde ait ex trāſlatione Henrici Stephani.

Minutius fælix.

Baron. tomo 1. anno Domini 34. nu. 86.

Tyrus in Hiſt.

Potius manente vita
Roſeas meo corollas
Capiti, feraſq; odores.

Nec aliud faciendum eſſe alij ſuadent; nàm ſi monumenta Antiquorum euoluamus, & coronarum vſus velimus inquirere, inueniemus facilè, his ornatos conuiuas, conuiuij miniſtros, coronata vina, victimas in ſacrificijs, menſas demum roſis, & multiplici florum varietate reſperſas. Quare cum nihil ſit commune conuiuis, & mortuis, menſę, & tumulo: nulla videtur poſſe fingi ratio, quæ coronandos eſſe Defunctos ſuadeat.

Coronare nihilominus placuit antiquis Plin. *& iam tunc*

Lib. 21. c. 23.

Digitized by Google

coronæ, Deorum tantum honos erant, & Larium publicorum, priuatorumq; & ſepulchrorum, ac Manium. Narrans idem funus, quo coruus à Populo Romano eſt deductus, *funus* inquit *in humeris aliti celebratum exequijs: conſtratum lectum ſuper Æthiopum duorum humeros, præcedente tibicine, & coronis omnium generum.* Nec tumulis mox ſepultorum tantū coronæ coniectæ, ſed & iam diu ſepultis, & ſerta, & flores ſoluti, reſperſi Tibul.

Lib. 10. cap. 43.

Lib. 2. eleg. 4.

Atq; aliquis ſenior veteres veneratus amores,
Annua conſtructo, ſerta dabit tumulo.

Anacreon de Roſa.

Quid dicam? & illa multis
Medicina certa malis:
Nec inutilis ſepultis.

Lib. 5.

Hinc Virg. inducit Æneam, purpureis floribus Patris tumulum aſpergentem, & lib. 6. volens Marcelli manes venerari, ait

Manibus date lilia plenis,
Purpureos ſpargam flores, animamq; nepotis,
His ſaltem accumulem donis, & fungar inani
Munere.

Capitolinus in vita Marci Aurelij, *tantum* inquit, *honoris magiſtris ſuis detulit, vt imagines eorum aureas in Larario haberet, & ſepulchra eorum additis hoſtijs, ac floribus ſemper ornaret.* Achyllis ſepulchrum, ferunt apud Theſſalos amarantho exornatum, ob bellicā, qua floruit virtutem: indeq; morem natū Philoſtratus ſcribit, ſepulchra amarantho coronandi: nec noſtris diſplicuit, quamquàm diſplicuerit primis Chriſtianis. Prudentius,

Nos tecta fouebimus oſſa
Violis, & fronde frequenti,
Tumulumq; & frigida ſaxa
Liquido ſpargemus odore.

Eiuſdem moris meminit Hyeronimus, nec reprehendit. *Cæteri* inquit, *mariti ſuper coniugum ſuorum tumulos violas ſpargunt, & roſas, floreſq; purpureos, atq; pectoris ſui dolorem his officijs conſolantur.* D. Aug. inter varia miracula, quæ facta tradit, vt Gentiles ad Chriſti fidem allicerentur. *Fuit* inquit *ibi vir in ordine ſuo primarius, nomine Martialis, æuo iàm grauis, & multum à Religione abhorrens Chriſtiana. Habebat ſanè fidelem filiam, & generum eodem anno baptizatū: Qui cùm ægrotantem multis, & magnis precibus, & lachrymis rogarent, vt Chriſtianus fieret, prorſus abnuit: eoſq; à ſe turbida indignatione ſubmouit. Viſum eſt genero eius, vt iret ad memoriam Sancti Stephani, & illic pro eo quantum poſſet, orare, vt Deus illi daret mentem bonam, qua credere non differret in Chriſtum. Fecit hoc ingenti gemitu, & fletu, & ſynceriter ardente pietatis affectu: deinde abſcedens, aliquid de altari florum, quod occurrit, tulit: eiq; cùm iam nox eſſet, ad caput poſuit. Tunc dormitum eſt: & ecce antè diluculum clamat, vt ad epiſcopum curreretur, qui mecū fortè tunc erat apud Hipponem. Cum vero audiſſet eum abſentem, venire præsbiteros poſtulanit. Venerunt, & ſtatim ſe crede-*

Digitized by Google

re dixit: admirantibus, atq; gaudentibus omnibus, baptizatus eſt. Hinc Bembus in tumulum Sannazari,

Da ſacro cineri flores: hic ille Maroni.
Syncerus, Muſa proximus, vt tumulo.

Et Pontanus.

Vnguenta, atq; roſam, & coſtum properate puellæ,
Et violam, & cunctas ſpargite veris opes.
Spargite opes Arabum.

Quid de defunctis? Contempſerunt ne hoc fortaſsè, & fecerunt nihili? minimè verò: vehementer ab illis hoc expetitum, & vt fieret, rogarunt, mandarunt. Epithaphium antiquum.

Hoc rudis Auriga, requieſcunt oſſa ſepulchro,
Nec tamen ignari flectere lora manu.
Iam qui quadriugos, auderem ſcandere currus,
Et tamen à bijugis non remouerer equis.
Inuidere meis annis crudelia fata,
Fata, quibus nequeas oppoſuiſſe manus.
Nec mihi conceſſa eſt morituro gloria Circi:
Donaret lachrymas, ne pia turba mihi.
Vſſere ardentes intus, mea viſcera morbi,
Vincere, quos medica non potuere manus.
Sparge precor flores, ſupra mea buſta, Viator,
Fauiſti viuo forſitan ipſe mihi.

Aliud.

Longius Patroclus, ſequutus pietatem col. cent. hortos cū ædificio huic ſepul.
Iuncto viuus donauit, vt ex redditu eorum
roſæ, & eſcæ Patrono ſuo, &
quandoque ſibi ponerentur.

Plura inuenies apud Magium lib. 2. miſcel. cap. 2. Nec reprehendere audebit hoc aliquis, ſi coronarum vſum exploratum habuerit, & quorſum flores reperi ſi. Sciendum itaq; Coronas tanto in honore habitas apud Priſcos fuiſſe, vt Dijs dumtaxat ipſas, attribuere ſint auſi. Plin. *antiquitus quidem nulla niſi Deo dabatur: ob id Homerus cœlo tantum eas, et prælio vniuerſo tribuit, viritim verò ne in certamine quidē, vlli.* Eſt poſtea eadē Regibus conceſſa, fuitq; Regiæ Maieſtatis inſigne, vnde ex coronæ caſu, conijciebant cummuniter Diuinatores, fore, vt Regno Rex deijceretur, vt in Henrico Secundo obſeruatum refert Polyd. Virg. & Andrea Rege Neapolitano Summontius; Hinc quoniam Sacerdotes præſunt Pcpulo, ſeq; & alios regunt, vt coronam in capite geſtarent, Eccleſiæ Romanæ inſtitutione introductum; *ſunt enim*, vt ait Gratianus, *Reges*, *id eſt ſe, &*

Lib. 16. c. 3.

Lib. 23. hiſt. Angli: In hiſtor. ſua.

alios in virtutibus regentes, & ita in Deo Regnum habent. Non negauerim alijs impulſos cauſis Clericos hunc modum tẽdendi diprobaſſe, ſcio.n. id illis placuiſſe, quia ita attonſus eſt Petrus, & quoniam Petrus in Dominicę Paſſionis memoriam attonſus ſic eſt, idcirco & ipſi qui per eamdem paſſionem ſaluari deſiderãt, paſſionis ſignũ in vertice geſtant, vt late docet Baron. tom. 1. Ann. Chriſti 58. num. 125. ſed hanc potiorem eſſe reor. Fuit deinde ad alia ſignificanda translata, licet ſemper fuerint, aut eximiæ virtutis, aut victoriæ, aut illuſtris facinoris teſtimonium illuſtre. Quamobrẽ, & eum, qui boni aliquid conconſuluiſſet, & alicuius artis Inuentorem, aut peritum, coronari ſolitum Plato innuit. Quo factum, vt Traſibulo, expulſis, & occiſis triginta tyrannis, legeq; obliuionis iniuriarum inter ciues ſancita, honoris ergo Populus coronam dederit, & Olympicæ victoriæ victores, in ſuas Ciuitates reuerſi, à ſuis ciuibus aureis decorantur coronis. Quamquàm non ſtatim id factum, ſed in certaminibus primò fuit donum Athletarum, ſecundo excitatio, & plauſus, tertio foliorũ coniectio, quarto corona: qua pariter donati, qui benè administraſſent Remp. Plin. *fuit eadem Imperatoris clemẽtiæ data, poſtquam ciuilium profanatione bellorum, meritum videri cœpit, ciuem non occidere*; ſed quo honoratior, teſtataq; foret virtus militum, quouè ad decora militiæ eorum animos inflammarent mirè; eſt à quinto multiplex corona vſurpata, nam obſidionalem, ciuicã, muralem, naualem, caſtrenſem, & aureas inuenere, ijſq; eos donabant, qui vrbes, caſtra, exercitus, obſidione liberaſſent, ciuẽ ſeruaſſent, vel primi obſeſſæ Vrbis muros ſubijſſent, vt ibidem Plin. Gell. lib. 5. c. 3. Alex. ab Alexandro lib. 4. dier. genial. c. 28. Petrus Gregorius lib. 6. de Rep. cap. 20. Vuolphang. Lazius lib. 9. de Rep. Rõ. c. 28. & elegãter his verſibus Claud. docet.

In fine Dialogi 6. in Alcib.

Probus in eius vita.

Clemens Alexandrinus 2. pædag. c. 8.

Sæpè Duces, meritis bello, tribuere coronas:
Hunc cingit muralis honos, hunc ciuica quercus
Nexuit: hunc domitis ambit roſtrata carinis.
Solus militiæ mira mercede ingalem
Promeruit Stilico, ſorore ferente coronam.

Vſurparunt demum coronas Priſci in conuiuijs, & arctè tempora laneis, lineiſuè coronis circumligabant, ad arcendam, vt omnes vnanimiter docent, eam, cui maximè deditι erant ebrietatem; nàm adſtrictis compreſſiſq; arterijs, & venis, nullus patebat aditus vaporibus, qui à ſtomacho ad caput aſſurgẽtes ebrietatẽ, poterãt inducere: ob quã cauſã ad inhibendos defluxus, qui ad oculos, laudauit Ariſt. temporum viſionem: mox vt vtilitati,

Sect. 5. probl. 31.

ti, iucunditatem, & ornatum adiungerẽt, faſcijs illis victiſq; flores, frondeſq; addidere, aut dimiſſis laneis, lineiſuè inuolucris, coronas ex varijs florum foliorumq; generibus ſunt aggreſſi contexere, quæ odore nares recrearent, & caput, oculos colore oblectarent: refrigerante vi vapores repellerent, aut leni calore, adapertis meatibus, aſſurgentes halitus diſcuterent, aut ſaltem facerent, vt ijdem leniter perſpirarent, vt Athen. lib. 13. c. 12. Rhodigin. lib. 27. c. 26. & Lorinus c. 2. ſap. verſ. 8. Neq; hæc inueniſſe ſatis fuit, explendis eorũ voluptatibus, ſed auro, argentouè coronarum folia tegere, & precioſis vnguentis, modo ipſa, modo crines perfundere ſtuduerunt: ac ſi parum eſſet, vt benè Mercur. florum odoribus perfrui, niſi vnguentorũ odore eoſdem vincere, aut ſaltem dehoneſtare tentaſſent. Habuerunt itaq; conuiuales coronæ vſum triplicem; ſunt illæ adinuentæ ad præcauendam ebrietatem, ſanitatemq; tuendam: ad voluptatem, & ornatum; vnde quia habentes florũ coronam reuinctam ſuper oculos, variegato florum colore frui nequeunt, neq; odoris ſuauitate recreari; nàm ad ſupernas partes elati halitus, nõ poſſunt naribus allici; hinc factum fortaſſe, vt non tantum caput corona cinxerint, ſed collo eaſdem ſuſpenderint, caputq; & pectus, odoratis illiniuerint vnguentis, vt Athen. Hinc Ar- *3. variar. c. 9.*

chilocus apud eumdem. *Lib. 15. c. 11.*

Vnguento perfuſa coma, pectuſq;
madidum eſt, amat. n. ſenex.

Cumque explendis hiſce vſibus roſa potiſſimum valeat; eſt enim flos ſpectat.ſſimus, mirè odoratus, quo fit, vt cor, & cerebrum, quàm maximè recreet: propterea factum, vt roſa potiſſimum vſi fuerint. Martial.

Pinguescat nimio madidus, mihi crinis amomo,
Ornenturq; roſis, tempora ſutilibus.

Ouid. 5. faſtor.

Tempora ſutilibus, pinguntur tecta coronis,
Et latet iniecta, ſplendida menſa, roſa.

Sap. 2. *cùm ætas noſtra imbecilla ſit, æui breuis, & vt fumus, & vmbra euaneſcat: agite fruamur bonis præſentibus, & vtamur rebus naturæ, dùm Iuuentus adeſt; vino pretioſo, & vnguentis nos impleamus, & non ſinamus elabi florem temporis: Coronemus nos roſis, antequam marceſcant.* Flores pariter honoris cauſa reſperſos, docet clare Plin. lib. 21. c. 3. habet .n. *florum quidem P. R. honorem, Scipioni tantùm adhibuit* & paulò infra, *aſſes ergo contulit populo, ac funus elocauit, quaq; præferebatur, flores è proſpectu omni ſparſit.*

Cæterum ſi hi coronarum ſunt vſus, & inuentæ illæ ſunt ad decorem, ſanitatem tuendam, voluptatem, ornatum: deduco ex his apertè quoſdã ſaltem mortuos eſſe coronandos; enimuerò ſi fortiter præliantes, & ſtrenuè, varijs deco-

Digitized by Google

rabantur coronis à Romanis; cur Chriſtianos pro ſalute præliantes æterna, hoſteſq; multò fortiores vincentes, coronis nō dignos cenſebimus? equidem maioris longè virtutis eſt, æſtuātem flammam libidinis extinguere, quàm flammam in vrbe graſſantem comprimere: titillantes ſenſus & rationis imperium detrectantes coercere, quam hoſtilem exercitum debellare: maioris demum molis ſe ipſum, quàm alios vincere Prou. 16. *qui dominatur animo ſuo, fortior eſt expugnatore vrbium*. Quare dignius eſt hos coronare, quàm illos. Hos inquam, qui ſanctitate præclari, non in vniuerſum, & indiſcriminatim quoſcumq; nam nōn omnes ſenſus reluctantes coercent, & rationis imperio ſubijciunt.

Sint ne epulæ tumulo inferendæ. Cap. 46.

INferebant Romani: Virg. 3. Æneyd.

Ergo inſtauramus Polydoro funus, & ingens
Aggeritur tumulo tellus: ſtant manibus aræ
Cæruleis mæſtæ vittis, atráq; cupreſſi
Et circum Iliades; crines de more ſolutæ.
Inferimus tepido ſpumantia Cymbia lacte
Sanguinis. & ſacri pateros, animamq; ſepulchro
Condimus, & magnum ſuprema voce ciemus.

Et lib. 6.

Hoc magis inceptos Genitori inſtaurat honores.
Incertum, geniumne loci, famulumuè parentis.
Eſſe putet; cædit, quinas de more bidentes,
Totq; ſues, totidem nigrantes terga iuuencos,
Vinaq; fundebat pateris, animamq; vocabat.
Anchiſæ Magni, Maneſq; Acheronte remiſſos:
Nec non & ſocij, quæ cuiq; eſt copia læti.
Dona ferunt, onerantq; aras, mactantq; iuuencos.
Ordine ahena locant alij, fuſiq; per herbam
Subijciunt verubus prunas, & viſcera torrent.

Varro, vt ex Macrob. habetur lib. primo Saturn. ferialiū dies, ita dictos putat, à feriendis pecudibus, vel à ferendis epulis ad ſepulchra. Feſtus in voce, ferialia, *feriæ erant Romanis, Dijs Manibus ſacratæ: ita dictæ à ferendis ad tumulum epulis*. Donat. in voce Silicernium, *eſt* inquit *Silicernium cœna, quæ infertur Dijs Manibus: vel quod eam ſilentes cernant vmbræ, vel quod qui hæc inferunt, cernant neq; degustant, nam de ijs, quæ libantur inferis, quiſquis, ante dit, aut biberit, funeſtatur*. Inferebant autem, quia ſibi perſuaſerant, mortuorum Manes, ad ſepulchra, vltrò, citroq; commeare, ſanguinemq; cæſarum victimarum potare. Sed vt melius moris huius exordia noſcantur, & occaſio, ſcire oportet;

Digitized by Google

ſet, priſcos Platonem ſequutos, opinatos fuiſſe, animum noſtrum, priusquàm in tetrum hoc corpus caducumq; immittatur, æthereo quodam corpore, tanquam veſte ſimpliciſſima indui: circumiecerunt præter hoc, aliud corpus eidem animo, tenue illud quidem, & ſimplex, ſed ſuperiore, longè minus illuſtre, ac ſplendidum; non.n. erat æthereum, ſed ex elementorum permiſtione concretum: quoniam vero aer excellebat, aereum illud appellabant. Duobus hiſce corporibus ſtipatum animum, in tertium hoc mortale, & caducum conijciebant; & iiſdem comitatum poſtea, autumabant, fracto hoc carcere ciuem fieri Deorum, relegari ad tartara, hac illac vagari, potiſſimũ vero gaudere, & vicinia cadaueris, & honoribus, quibus corpus vita iam functum, viuentes proſequuntur. ſubiraſci homicidis, quorum culpa ante diem è corpore extruſus fuit. Propterea ſugebat Anna aerẽ. Didonis cadauer ambientem, vt vna ſecum, exugeret ſpiritum circa ea loca vagantem.

extremum, ſiquis ſuper halitus errat,
ore legam.

Æneas Manes Anchyſis ſalutabat.

iterum ſaluete recepti
Nequicquam cineres, animæq; vmbræq; paternis.

Propterea Dido Æneæ ingrato, alioquin, & à quo grauiter erat offenſa, minitabatur.

Omnibus vmbra locis adero, dabis improbe pœnas;

Remus eleri.

Sæue Celer, crudelem animam, per vulnera reddas,
Vtq; ego ſub terras ſanguinolentus eat.

Et Nero, *occiſa matre, ſæpè confeſſus exagitari ſe materna ſpecie, verberibus furiarum, ac tædis ardentibus. Quin facto per Magos ſacro, euocare Manes, & exorare tentauit.* Demum quia habebant iidem pro certo, gaudere epulis animam, idcircò Polydoro Æneas, & Anchiſæ parentalia inſtituit. Hinc verò natum hunc morem, confirmatur ſecundo ex Diuo Auguſt. nàm homilia 15. de San. quæ eſt ſuper Cathedam S. Petri habet. *Miror cur apud quoſdã infideles hodie, tàm pernicioſus error increuerit vt ſuper tumulos Defunctorum cibos, & vina conferant, quaſi egreſſæ de corporibus animæ carnales cibos requirant.* Suet. in vit. Neron. c. 34

Circumfertur, ritus huius auctor Æneas, ni velimus Ouidio fidem denegare, habet n. 2. faſt.

Hunc morem Æneas, pietatis idoneus auctor
Attulit in terras, iuſte latine tuas.
Ille Patris Genio ſollemnia dona ferebat:
Hinc populi ritus, edidicere nouos.

Fouit eumdem, ſacerdotum malitia; cedebat.n. hoc eorum commodo bifariam, primum, quia illatis epulis paſcebantur,

Digitized by Google

vt habetur cap. vlt. Danielis.

Secundo, quia vbi aliquis abſque hærede decedebat, aut legata pro epulis pecunia, obliuioni tradebatur, ſeptem virum opera, Collegio Pontificũ applicabatur, vnde opulentiores euadebant, vt Blond. lib. 2. Romæ triumph.

Obijcies, nefas erat veſci epulis oblatis Manibus, ergo falsò dicitur, his Sacerdotes nutritos. falsò pariter aſſeritur, legatam pro epulis pecuniam, in proprios redditus conuertiſſe; faba enim offerebatur Manibus, Sal, apium, legumina, oua, mola ſalſa, aut duo lactis cyathi, duo ſanguinis, totidemque vini, vnde Virgil. 5. Æneid.

Sic fatus velat materna tempora myrto:
Ille at cōcilio multis cum millibus ibat
Ad tumulum, magna medius comitante caterua.
Hic duo ritè mero libans carchesia Baccho
Fundit humi, duo lacte nouo, duo ſanguine ſacro,
Purpureoſque iacit flores, ac talia fatur.

Et 3. Æneid.

tepido ſpumantia cymbia lacte
Sanguinis, & ſacri pateras

vel vt D. Aug. refert 8. de ciuit. 27. & 6. confeſs. 2. pultem, panem, & vinum vnde Ouid. 2. Faſtor.

Parua petunt Manes, pietas, pro diuite grata eſt
Munere, non auidos, ſtyx habet ima Deos.
Tegula proiectis, ſatis eſt velata coronis,
Et ſparſæ fruges, paruaq; mica ſalis.
Inq; mero, molita Ceres, violæq; ſolutæ,
Hæc habeat media, teſta relicta via.

Quare non eſt veriſimile, exiguam pecuniam ſacris his deſtinatam, Sacerdotes ſuffuratos fuiſſe. Quid ſi monſtremus, non eſſe hæc tantum oblata, ſed multo plura, & meliora? non ne omnis tolletur ſuſpitio, & dubitatio propoſita euaneſcet? Ita certè: proinde hoc agamus. Virg. 5. Æneid. exponens epulas ab Ænea oblatas, Manibus Patris ſui Anchiſæ, ait.

Cædit quinas de more bidētes
Totque ſues, totidem nigrantes terga iuuencos,
Vinaque fundebat patheris, animamque vocabat
Anchyſæ Magni, Maneſq; Acheronte remiſſos:
Nec non, & ſocij, quæ cuique eſt copia, læti
Dona ferunt, onerantque aras, mactantque iuuencos.
Ordine ahena locant alij, fuſiq; per herbam
Subijciunt verubus prūnas, & viſcera torrent.

Nec Ouidius diſcrepat; Nā quamquam parua, ſatis eſſe Dijs docuerit, ſubdit tamen, non eſſe propterea vetitum, quin plura adijcerentur; habet enim.

Nec maiora veto, ſed & his placabilis vmbra eſt:

Adde

Digitized by Google

Adde preces, poſitis, & ſua verba focis.

Placuit quoque alijs eſcas tumulo inferre: non quod ijs, aut paſci animas Defunctorum putarent, aut delectari, ſed vt ijs paſti viuentes, qui accurrebant, pro anima defuncti, orarent. Poſſem hoc multis probare, ſed quia ſatis lucis accedet, ſi afferamus hic, quæ ſcripta ſunt, in quodam ſaxo antiquo, quod Rauennæ habetur apud ſacram Petri Apoſtoli ædem; quæ Seraphici Franciſci vocabulo, & Fratrum eius Ordinis habitatione, eſt notior, id faciemus.

D.M. Flauiæ Quinti Filij ſalutari Coniugi cariſſimæ, Lucius Publicius Italicus Decurio, ornamentum ſibi, viuens poſuit. Hic Collegio fabrum militiæ Rauennatis, ſextertia triginta viuens dedit, ex quo reddita, quotannis Decurionibus Collegij fabrum militiæ Rauennatis in æde Neptuni, quam ipſe extruxit, die Neptunaliorum, præſentibus ſportulæ, nummi bini diuiderentur; & Decurionibus xxviij. centeni quinquaginta quotannis darentur, vt ex ea ſumma, ſicuti ſoliti ſunt, arcam publitiorum Flauiani, & Italici filiorum, & arcam, in qua poſita eſt Flauia ſalutaris vxor eius, roſis exornent de nummis 25. ſacrificentque ex 22. & de reliquis ibi epulentur. Ob quam liberalitatem, Collegium fabrum militiæ Rauennatis inter benemeritos, quotannis roſas ſupra ſe, & Flauia ſalutarem Vxorem eius mittendas ex 35. ſacrificiumque faciendum de 22. per Magiſtros decreuit. P. Helius Ciſſus ſibi, & Ligariæ Arcimialti, viuens poſuit in agro pedes 25. infra pedes 25.

Non eſſe tamen epulas ſepulchro inferendas, communis omnium eſt ſenſus, qui tenendus. Et quidem, riſu eſſe, eos omnes excipiendos, qui ea ducti cauſa, parentalia faciebant, quod animas epulis delectari putarẽt, aperto conſtat ſacræ Scripturæ teſtimonio; legitur enim cap.30. Eccleſ. num. 28. *Bona abſcondita in ore clauſo, quaſi appoſitiones epularũ circumpoſitæ ſepulchro. Quid proderit libatio Idolo? nec enim manducabit, nec odorabit: ſic qui effugatur à Domino portans mercedes iniquitatis videns oculis & ingemiſcens: ſicut ſpado complectens Virginẽ, & ſuſpirans.* Demonſtrat idem ratio; ſiquidem, vt benè Auguſt.

guſt. *Epulas, & refectiones, caro tantum requirit: ſpiritus autem, & anima his non indigent. Parare aliquis ſuis caris dicit, quod ipſe deuorat: quod praſtat ventri, imputat pietati. Ceſſate ergo fratres, ab hoc gentili infidelitatis errore. Animæ enim ſanctæ, quæ in hoc ſæculo, aut per vitæ innocentiam puræ ſunt, aut pœnitentiæ ſatisfactione purgantur, Saluatore noſtro recipiuntur, & cum eo eſſe credendæ ſunt ſecundum Apoſtoli dictum, cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Animæ ergo fratrum parentumque noſtrorum minimè cibis carnalibus delectantur. Offendi his magis poſſunt, quam delectari, ſi cum illæ in ſacris ſedibus ſint, vos eas in terra eſſe credatis.* Neque aliter ſuſpicandum eſt, argumento ab vmbris deſumpto, ſed cum Cicerone putandum: *à ſua quemque fraude, & ſuo terrore maximè vexari, à ſuis malis cogitationibus, conſcientiaque animi terreri: has eſſe impijs aſſiduas, domeſticaſque furias, quæ dies, noctesq; parentum pœnas ab impijs filius repetunt.* In quam ſententiam facit, quod à Tacito quoque lib. 6. annal. in hunc modum eſt ſcriptum, *ſi recludantur Tyrannorum mentes, poſſe aſpici, laniatus, & ictus; quando, vt corpora verberibus, ita ſæuitie, libidine, malis conſultis, animi dilacerantur, quippe Tyberium, non fortuna, non ſolitudines protegebant, quin tormenta pectoris, ſuaſque ipſe pœnas fateretur.*

Orat. pro Roſc.

An afferendæ, vt ijs ſaltem Sacerdotes refecti, & probi quique beneficio hoc deuinti, preces pro mortuo fundant? Partem, quæ affirmat, videtur ſacra Scriptura ſuadere; legitur enim Tobiæ cap. 4. *Frange panem tuum ſuper ſepulchra iuſtorum, & ne tradas ea iniuſtis:* quorum ſenſus eſt, cum eleemoſynam erogas pro Defunctorum ſalute, non niſi iuſtos pauperes, & Sacerdotes inuita, qui hoc beneficio deuincti, preces pro mortuo concipiãt. Clemẽs quoq; Romanus lib. 8. Conſtitutionum Apoſtolicarũ cap. 44. haud reprehendit huiuſce generis conuiuia, ſed vt ſeruatis legibus temperantiæ fiant, admonuit. *Qui* inquit *in exequiis mortuorum, ad conuiuium funebre, inuitati eſtis, ordine, & cum timore Dei epulamini, vt poſſitis preces, pro Defunctis adhibere Deo; qui enim Præsbyteri, & Diaconi eſtis, debetis ſemper ſobrii eſſe, tùm vobis, tùm aliis, vt poſſitis eos, qui incompoſitè, & immoderatè viuunt monere.* Huic ſimile eſt, quod habetur in Cõcilio Coyacenſi, anno Domini M L. celebrato. Habet enim. *Clerici, & Laici, qui ad conuiuia Defunctorum venerint, ſic panem Defuncti comedant, vt aliquid boni pro eius anima faciant.*

Non eſſe nihilominus faciendum, quamquam iuſta cauſa, piaque ducantur, monent multi grauiſſimi Patres: nam vſque adeò præſens eſt abuſuum

peri-

Digitized by Google

periculum, vt ne à ſanctiſſimis quidem Viris caueri poſſit. Concil. Cartag. tertium cap. 5c. *Super mortuorum tumulos, nec bibere præſumant. Quod ſi fecerint, Canonicam ſententiam accipiant.* Huc quoque facit illud D. Pauli, *Numquid domos non habetis ad manducandum, aut bibendum? aut Eccleſiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habẽt?* Nec putandum eſt aliter ſenſiſſe eos, qui maximè probant, vt huiuſmodi epulæ ad ſepulchrum ferantur, nam nos quoque id admittimus, quamquam negemus, in Eccleſia eſſe deuorandas.

Quod ſi legamus, nonnullos, & doctrina, & vitæ ſanctitate præclaros celebraſſe conuiuia in templis, ſciatis multa à ſanctis viris permiſſa, quæ tamen nouerant aliter facienda, quod inde apertè colligitur, quia progreſſu temporis emendarunt. Vide Diuum Auguſt. 8. de Ciuit. Dei cap. vltimo.

Sint nè lampades ſuſpendendæ ad Sepulchrum.

Cap. 47.

NOn eſt difficultas, num ad fugandas tenebras, & illuſtrandos Defunctos, cerei accendendi ſint illis, ſuſpendendæ lampades, aut monumentis eorum inferendæ lucernæ; Nam cum nullus ſit ſenſus in cadauere, non vis aliqua animæ ſuperſit, neq; anima circa monumenta vagetur, & corpori, quod paulò antea informarat, adſideat: non eſt cur ſimus ſolliciti, ne tenebræ perturbent Defunctum, vrgeant, affligant, eamque ob cauſam, de illuſtrando illo, cogitemus; noui enim, nec me latet, Lactantium irridere Gẽtiles, quod hoſtias Deo, tamquam eſurienti mactarent, vina tamquam ſitienti effunderent, lampadesque velut in tenebris agenti accenderent. Scio D. Hieronymum non excuſare errorem eorum, qui hac ducti cauſa, cereos accendebant martyribus, quamquàm laudet zelum, quippè honoris ergo accendebant: ſed quando dictum ſupra à nobis eſt, non eſſe abijcienda cadauera, quin pium eſſe curare illa, colere, & omni officio proſequi, dubitatio eſt, an eò vſq; coli à nobis debeant, vt teneamur honoris, & officij ergo, eorum monumentis, accendere cereos, ſuſpendere lampades, vel quod à priſcis factum, multi produnt, inferre lucernas. Exiſtimarunt multi, in pietate eſſe, hoc officij genus, erga mortuos non omittere; præſtarunt enim primi illi Chriſtiani, & monumentis Martyrum cereos accendebant: commendauit Diuus Athanaſ. & vt faciamus, hortatur, *etiam* inquit, *ſi in aere collocatus ſit ille, qui cum pietate diem vitæ extremũ egit, tamen implorata Chriſti Dei ope,*

Hieron. aduerſus Vigilantium.

Orat. de fidelibus Defunctis.

ope, oleum, & ceram, ad ipſius ſepulchrum accendere, ne recuſes: Quidam etiam ſeruos ſuos, ſub hac conditione manumiſerunt, & libertate donarunt, vt alternis menſibus lucernam monumento accenderent, & mortis ſollemnia peragerent. *Mœuia* (habetur in l. Mœuia de manumiſs. teſtamenti) *decedens, ſeruis ſuis Sacho, & Euthychæ Thyrenæ, libertatem reliquit his verbis. Sachus ſeruus meus, & Euthychia, & Thyrena Ancillæ meæ omnes, ſub hac conditione liberi ſunto: vt monumēto meo alternis menſibus, lucernam accendant, & mortis ſollemnia peragant.* Scio quoque alios, bona precatos, vt id facerent. Saxum antiquum.

Aue Septima: ſit tibi terra leuis.
Quiſque huic tumulo poſuit ardentem lucernam:
Illius cineres, aurea terra tegat.

An tamen rectè fecerint, dubito, nec certi quicquam ſtatuere audeo; ignis enim vt ſupra monſtrauimus, eſt inter honores auguſtales habitus, nedum à Perſis, ſed Troianis, Albanis, Romanis, & quidem iure; nam vt ignis ſegregat, quæ diuerſam, & variam naturam habent, vnit contra, quę ſunt eiuſdem generis ſic Princeps debet eos, qui ſunt ſibi ſubditi, in pace tueri, & ſeruare: feroculos, & imperij frœnum detrectantes, debellare: vt ignis, non putreſcit, quamquam cœtera omnia hãc labem ſentiant: ſic Princeps, etſi alij omnes in cœno vitiorum ſedeant, debet tamen ipſe omni labe corruptionis carere; nam nullius debet eſſe culpæ conſcius, qui culpæ alicui obnoxios, vult corrigere. Vt in igne, duæ facultates obſeruantur, & potiſſimum elucent, vis combuſtiua, & illuminandi: ſic Princeps, & comburere debet, & illuſtrare: vrere malos, & ob patrata crimina, pœna dignos: illuſtrare bonos, hoc eſt recreare, & moderato lucis calore fouere. Demum, vt luce extincta cœcutimus: ſic vbi Princeps cœcutit, in ferè vniuerſi perimus. Quod ſi tanti ignis eſt habitus, nec par eſt honores auguſtales, cuicumq; indiſcriminatim conferre: ineptè, & iniuſtè faciet, quicumque luce mortuos omnes, eſſe honeſtandos contendet.

Augetur difficultas, ſiquidē ignis, nedum Imperatoribus, prælatus, ſed inter diuinos eſt relatus honores. Leuitici c. 6. verſ. 12. *Ignis in altari ſemper ardebit, quem nutriet Sacerdos ſubijciens ligna manè per ſingulos dies, & impoſito holocauſto deſuper adolebit adipe pacificorum*, & verſ. 13. *Ignis eſt iſte perpetuus, qui numquam deficiet in altari.* Exod. quoque 27. *præcipe filiis Iſrael, vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum potiſſimum, piloque contuſum, vt ardeat lucerna ſemper in tabernaculo teſtimonii extra*

velum,

velum, quod oportunum eſt teſtimonio, & collocabant eam Aaron, & filii eius, vt vſque mane luceat coram Domino. Perpetuus erit cultus per ſucceſsiones eorum à filiis Iſrael. Nam reiecere Gentiles? minimè verò quin in celebrioribus venerationibus cereos, lampadeſq; incendebant, vt ſupra monſtrauimus. Quamobrem, cum nullus vſque adeò ſit impius, vt diuinos honores hominibus tribuendos cenſeat, pietatis eſſe videtur, non accendere lampades, cereoſq; ad ſepulchrũ.

Cenſeo nihilo tamen minus, non eſſe hoc ſimpliciter affirmandum, ſed diſtinguendum de mortuis hunc in modum. Vel is, qui perijt, eſt vir aliquis fama Sanctitatis illuſtris, vel eſt obſcuri nominis homo, aut licet ſit nobiliſſimus, & fumoſis imaginibus clarus, nulla tamen fuit virtute proprie conſpicuus. Priorum monumentis ſuſpenderem lampades, & cereos accenderem. Poſteriores nego eſſe hoc officio proſequendos; enimuerò cum lux, non accendatur ad tenebras fugandas, non in ſignum lætitiæ, ob quam cauſam Virgines ierunt Sponſo obuiam cum lampadibus, ſed in ſymbolum, & vt doceamus ipſos præluxiſſe alijs, & cordis tenebras illuſtraſſe, non aeris: illi erunt conſequenter luce decorandi, qui cæteros, & doctrina, & opere illuſtrarunt, hoc eſt voce, & exẽplo, quid cauendum, quid proſequi expedit, docuere; qui nihil conſpicuum edidere, digni ſunt, qui perpetuò in tenebris iaceant. Quamobrem, cum viri virtutibus clari, ſint tales, de his enim dixit vera illa lux, quæ omnem hominem illuminat. *Vos eſtis lux mundi: non poteſt abſcondi ciuitas, ſupra montem poſita:* & illud, *ſic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra; & Patrem veſtrum glorificent:* horum ſepulchro lampades ſuſpendendæ, cereiuè accendendi. Nempè face præ ceteris digni ſunt, qui facem pretulere virtutis. Et iam vos ego honeſta Terris, decora cœlo lumina, teque in primis horum illuſtrator luminum lux ipſe, & veritas Ieſu Chriſte oro, quæſoq; mihi, vt adſitis, ne in his fati tenebris, ſqualiore cadauerum, & nocte maligna ſepulchrorum, lux certa veritatis ſubtrahatur.

Teſtor autem fontem ipſum lucis nihil ingenio me meo credere, facemq; ſemper ſpectare, quam Eccleſia præfert Romana: Huic credere, hanc ſequi, præterea nullam: ad eius reuocari libellam volo, quæ dixi, quæ ſcripſi omnia: Si quid exorbitat, prædico, atque abijci. Id feci, in ſeci in antepraxi medica, aliiſque à me aditis monumentis: quanto magis in hoc ad relaxationẽ animi exarato libello: quẽ tibi Lector ità do, vt ad requietem potius animi, quã ad diſcendũ, tibi legendum putes. Vale.

F I N I S.

ERRATA SIC CORRIGITO:

Pag. 2.	lacerantur.	leg. laceratum.	112	ran.	leg. ranæ
15	ſanctitatem.	leg. ſanctitate.	113	elementaui	leg. elementalis
20	mad.	leg. a.	114	diſperſos	leg. diſperſas
Ibid.	Capiuaceus.	leg. Capiuacceus.	115	aut	leg. vt.
ibid.	Galeni.	leg. Galenum.	116	quarto	leg. quartum
35	lach;mæ	leg. lachrymæ.	122	tame	leg. tamen.
43	Prolandum.	leg. plorandum.	123	vt abundat	
45	dici	leg. diù.	127	cadaueram	leg. cadauerum
49	ex	leg. &	129	Propertus	leg. Propertius
50	inlixere	leg. inflixere	130	Cuatum	leg. Curatum
51	qua	leg. quo	131	viſioni	leg. viſiones
52	ſe	leg. eſſe	133	etiam	leg. & iam
55	anima	leg. animæ	134	Heraclitus	leg. Heraclides
ibid.	animæ	leg. anima.	135	pic e,& alphalto.	l. piſſalphalto
65	alij	leg. illi	136	haber propoſita.	l. haber de propo-(ſita.
66	nec	leg. non	139	adſunt	leg. addunt
68	huomini	leg. homini	140	tuttela	leg. tutela
69	elemetali	leg. elementali	ibid.	nariam	leg. narium
76	tnterim	leg. interim	142	uatura	leg. natura
ibid.	corporibuſq;	leg. corporibus	ibid.	mens æque	leg. menſæque
78	coeui	leg. æuo	ibid.	violator	leg. violato
79	ferreq;	leg. ferroq;	144	præpoſueramus.	l. propoſueramus
82	coeui	leg. œui	ibid.	ſparuiſſe.	l. ſparſiſſe
ibid.	cadauere	leg. cadauer	ibid.	conſtrnendis	leg. conſtruendis
ibid.	Grœui	leg. Græci	149	reperſi	leg. reſperſi
ibid.	ihnumato	leg. inhumato	ibid.	Pepulo	leg. Populo
83	Cymici	leg. Cynici	150	tendendi	leg. tondendi
89	ad vndiq; enim.	leg. vndiq; enim ad inferos	ibid.	diprobaſſe	leg. probaſſe
			ibid.	con abundat	ibid. à abundat
91	decrat	leg. deerant	151	fi	leg. ſi
96	at higendis	leg. abigendis	152	patheros	leg. patheras
100	Tridinio	leg. Triclinio	153	cleri	leg. celeri
ibid.	conuiuo	leg. conuiuio	156	Saluatore	à Saluatore

Imprimatur.

Iacob. Terragn. Vicar. Gener.

Mag. F. Dominicus Grauina Ord. Præd. Cur. Archiep. Theol. Dep. vid.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google